et calumniantib⁹ vos vt sitis filij patris vestri q̄ in celis est qui solē suum oriri facit sup bonos & malos & pluit sup iustos & iniustos Glosa· Sed dicet aliquis p furto & rapina nullus interficeret ē· si nō debem⁹ malū pro malo reddere Respondē: Iuri licet quod tibi nō licet Si em̄ p re tibi ablata quisq̄ seruato iuris ordine fuerit ocasus nō tu sed ius occidit eum Si autē iuris ordine p̄termisso quemq̄ occideris homicidij reus eris· noli ergo malū p malo reddere· sed deo serua vindictā Ro·v· Da mihi vindictā & ego retribuā· Exemplū de quodā milite q̄ dimisit seruo suo qui occidit fratrē suū p̄ter q̄d crux christi horauit eū Require dominica infra octauas epiphanie in sermone Probetis Itē quidā reddūt mala p bonis & hi pessimi fūt sicut iudas & iudei: Vnde ps̄ Retribuebāt mihi mala p bonis hoc nūq̄ licuit fieri nec vnq̄ licebit· ymmo in veteri testamēto q̄n licitū fuit odire inimicos sicut dr Mat·v· Audistis q̄ dict̄ est antiquis Diliges proximū tuū & odio habebis inimicum tuum· tam nūq̄ licitū fuit facē malū p bono· ymmo etiā infidelib⁹ cauendū est Exemplum de raab meretrice q̄ p̄ter acceptōem exploratorū cū omnib⁹ suis ab exercitio liberata est & populo dei adiuncta ē· Nota historiā Josue·ij· Vnde apl's Heb·xi· ad hebreos fide. i. raab p̄ter fidelitatē suā nō perijt Exemplū· Miles cui vidisset quēdā latronē duci ad suspendiū mia motus rogauit vt eruerent ei oculi e⁹ & in domo sua pēnitētiā ageret & sic factū est & tenuit eū multis annis tradēs ei claues oim rex suarū Quadā nocte paschē cum miles iuisset ad matutinas & vxor e⁹ infirma in lecto maneret· venit seruus cui⁹ interficiēs eā succēdit castra & arripiēs filiū militis & ascēdit turrim Quod intelligens miles turbat⁹ est valde Et clamauit ille de turri Ista ē merces vestra: q̄ liberastis me de patibulo & certe nisi vobisipsi oculos eruatis· istū filium interficiā· At ille miles simulauit ac si oculi essēt sibi eruti· & dixit cui⁹· qualē dolorē sustinuisti· in erutione oculorū· ait miles· Magnū Ait latro adhuc habetis oculos· At miles plus diligēs filiū q̄ oculos fecit sibi erui oculos· Et q̄siuit latro sicut pius qui respōdit q̄ sibi visū fuit q̄ sibi cor extraheret a corpe· nūc scio in quit latro q̄ oculos poiuistis sed istū filiū nō rehabebitis & statim p̄apitauit seipm cū infante Ecce q̄ in fidelitē fecit dño suo· sed mīro inhoneli⁹ & pei⁹ fecit p̄tōr xp̄o dño qui nos sua morte & sanguine suo liberauit de eterna damnatione· qui peccator quantū in se ē xp̄m crucifigit cū mortaliter peccat & seipm in infernū patitat Heb·vi· Rursus crucifigētes sibimetipis filiū dei O q̄nta fidelitas fuit q̄ p nobis animā suā posuit q̄z fidelitatē nunq̄ obliuisci debemus· Ecē xxix Grāz fidelitatē & fideiussoris tuine obliuiscaris Dedit ei p te aiaz suā· Fideiussor ille christus ē qui pro nobis morti se exposuit vt nos ab eē na morte liberaēt· quotiēs ergo mortaliter peccam⁹ passionez eius renouamus & malū p bono sibi reddim⁹ Terci sunt qui reddūt bona p bois & hi mali nō sunt· istud ē quedam curialitas & honestas sed nō meritū Sic fecit rex assuer⁹ mardochēo q̄ nūciauit regi q̄ duo iamitores palacij sui secz bachata & thaga volebant eū interficere· p̄ hoc exaltauit rex eū hester·v· Et licet istud ē curiale & honestū· tamē nō est meritorium Mat·v· Si ei diligitis eos qui vos diligūt quā mercedē habebitis· q̄si diceret· nullā· et si benefecēritis eis qui bñfecerūt vob quā mercedē hēbitis i celo

Nōne⁊ hoc publicani faciūt hoc ē naturale. immo animalia irrationabilia plꝰ diligunt illos q̄ benefaciūt sibi. sicut patet in cambꝰ. vnde glo. Amare amantē naturale ē. inimicū autē amare caritatis ē. Mat. v. Et si saluaueritis frēs vrōs tm̄. q̄d āplius facitis nōne ethnici hoc faciūt. i. gētiles q̄ naturale sit diligē bñfacientes patet in leone. Quod ā tpe cū xp̄iani trāsirēt ad terrā scāz ad bellū antiochenuz. miles quidā vidit leonē fatigari a ꝓpe⁊ accedēs adiuuit leonez q̄ ꝓter bñficiū toti exercitui insame cōstituto. ferax adducebat magnaz multitudinē⁊ tm̄ dilexit suū militem cū nauigare deberēt⁊ nautę nollent eū secū recipere aliq̄diu natans post ipsuz tandē sbmersus ē. Si tantā fidelitatē habz brutū aīal a natura. multo magis hō rōnalis debz vltra ꝓgredi ad pfectā dilectōnez. ⁊ nō solum amare amicos ⁊ bene factores ſ eciā inimicos. Quarti sūt q̄ reddūt bonuz ꝓ malis ⁊ hi optimi sūt⁊ sequuntur xp̄m tanq̄ prēz qui dilexit nos cum adhuc essemꝰ inimici ei⁹ q̄ ꝓ nos mortē sustinuit. Ephes. ij. Propter nimiaz caritatē q̄ dilexit nos xp̄s cuz adhuc inimici essemus ⁊ mortui essemus in peccatis viuificauit nos xp̄s ꝓ nobis turpissimā mortē patiens. Itē bona ꝓ malis tribuit qñ ꝓ crucifixoribus suis orauit. Lu. vi. Diligite inimicos vrōs eciā benefacite eis ⁊ c̄

Textualis expositio.

Qvm descēdissz ihesus de monte. Mat. viij. Mistice in descensu de monte humilitas notatur incarnationis eius q̄ descēdit de mōte. i. de celo in vallez huius miserie. ⁊ secute sūt eum turbe multe. i. multitudo misericordiarum sua cum. quarum nō est numerus. ⁊ ecce leprosus veniens adorabat eum.

Lepra est peccatum animarum nostrarum Ideo descendit de celo vt lepram animarum nostrarum sanguine suo mundaret dicens Si vis domine potes mundare. Et extendens ihesus manū tetigit eum dicens. Volo. mundare: et confestim mundatus ē a lepra eius Cum enim ihesus extenderet manum in cruce homo mundatus est a lepra peccati. Ipse peccata nostra abstulit in cruce per passionē Et ait illi ihesus. vide nemini dixeris. Ad litteram hoc dixit leproso ciuitato vt nos doceret fugere vanam gloriam. propter quod sequitur. vade ostende te sacerdoti. per hoc innuit⁊ q̄ nō sufficit passio xp̄i ad salutez nisi sequatur confessio. vnde si volumꝰ salui fieri demus nos ostendē sacerdotibus p cōfessionē. Sequit⁊. ⁊ offer munus tuū qđ pcepit moyses in testimoniū illis vt sciāt te sanatū⁊ postea nō expellant te. Fuit em̄ pceptū in lege vt mundati lepra offerrēt sacerdotibus muneā. Sequit⁊. Cū autē introisset capharnaū accessit ad eum centurio rogās eū dicēs. dñe puer meꝰ. i. famulꝰ meꝰ iacet in domo paliticus. ⁊ male torq̄t⁊. videns āt ihesus fidelitatē centurionis q̄ ꝓ suo suo tā solicitꝰ fuit ꝓmisit se eū sanaturū. vñ seq̄t⁊. ⁊ ait illi ihesus veniaz ⁊ curabo eū Ecce benignitas saluatoris q̄ pata ē oi petēti. ⁊ respondens centurio ait. dñe nō sum dignus vt intres sb tectū meum. ſ tātum dic verbo⁊ sanabit⁊ puer meus. Credebat em̄ q̄ licet absens eet corpore. tam̄ pns erat deitate⁊ q̄ oi infirmitati ꝓpere posset vnde seq̄t⁊ nā ⁊ ego homo sū sb potestate dm̄ mei ꝟstitutus habens enā milites sb me q̄ sub potestate mea ꝟstituti sunt⁊ dico huic vade⁊ vadit. ⁊ alij veni⁊ venit⁊ suo meo dico fac hoc⁊ facit q̄si dicet Si ego qui sb potestate alterius cōstitutus sū meis precipere possum

et obediunt mihi multo magis tu q̄ sub nullius potestate ostitut⁹ es. et dñs es ommū creaturaꝝ potes p̄cipere infirmitati q̄ recedat et obediat tibi Audiēs ait ihesus mirat⁹ ē tantaz fidem et sequētibus se dixit. Amē dico vobis q̄ multi venūt ab oriente. et occidente. et recūbent. i. letent̄ cū abrahā. ysaac. et iacob in regno cēlorū. filij aut̄ regni ei⁹ ei⁹ent̄. i. iudei in tenebras exteriores id est in infernum. ibi erit fletus et stridor dentiū. Et dixit ihesus centurioni. vade sic̄ credidisti fiat tibi. et sanatus est puer ex illa hora.

q̄z filiū ymitat⁹ ſt

De eodem die sermo in euāgelium. Sermo tricesimus vi.

Extendens ihesus manum tetigit eū sc̄z leprosū Mat. viij In verbis istis notant̄ duo. Primū ē magna mia saluatoris. Secundū miseria oditio pctoris: Primū patet in hoc q̄ leproso manū suā extēdit. secundū in hoc q̄ pctōr leproso ꝓparatur Circa primū nota q̄ saluator extendit manū suā in cruce multis modis Primo extendit manū suaz cruentatā ad reuocandū pctōrez domin⁹ sicut nobiles q̄ volētes reuocare aues suas errātes ostēdūt eis carnes suas cruentatas. vt eas sic allicāt et reuocent. Sic de⁹ volēs peccatorē errātē reuocare ostēdit in cruce man⁹ cruētatas. quasi sic diceret Vide man⁹ meas sanguineas et cogita q̄lia ꝓpter te passus sū et ēuertere ad me vt amara passio mea i te nō amittet̄ nec annulet̄: Heu multi sūt sicut aues ingurgitate et satuāte q̄ ad reclamatōes nolunt redire. vñ ꝙqueritur dñs Prouer. primo. ca. Extendi manū meā. nec erat qui aspiceret despexistis omne cōsilium meum. ego q̄q̄ in interitu vestro ridebo Secundo extendit domin⁹ man⁹ suas extensas in cruce ad suscipiēdum

pctōrē reuertētez: Ysa: lxv. Extēdi manus meas ad populū incredulum qui ambulat i via non recta p⁹ cogitatōnes suas: expandi em̄ vt recipere eos q̄ rediē vellēt Exēplū in pdigo cui occurrit pater et amplexabatur eū benigne suscipiēs Luce. xv. Istud figuratū est Gene⁹. viij. vbi dicit q̄ cū non inuenret colūba vbi requiesceret pes ei⁹. reuersa ē ad archam et extendens noe manū suā ītulit eā in archā. p columbā q̄ nusq̄ inuenit requiē in mūdo: significat aīa q̄ nusq̄ inuenit reqez̄ in christo: Si aliquando egredie archā. i. eccīaz p pctm̄ qđ sepat aīam ab eccia. i. a cōmunione oim fideliuz tūc nūq̄ inuei et reqez̄ in christo debem⁹ redire ad archā p pēnitētiā: tūc noe. i. christus patus ē recipe eā ad grām suā. Vnde dñs dicit aīe peccatrī Ihe. iij. Tu aut̄ formicata es cū amatoribus multis. tū reuertere et ego suscipiaz te. Tercio extendit in cruce manus pforatas ad largiēdum petentib⁹ q̄ quid petierīt Vñ bern̄. Quis nō reparet ad spē et impetrādi fiduciā. q̄ viderit corpis christi dispositōnem in cruce hz caput inclinatū ad osculādum. brachia extensa ad amplexandum. manus pforatas ad largiēdum Vnde ps̄ dixi dño deus meus es tu. in mambus tuis sortes mee. Vide ergo o hō has man⁹ et ne desperes: q̄ quicquid petieris ipetrabis. Vñ dominus Johā. xvi. Petite et accipietis: de hac manu dr Mat. ix. Ecce mulier quedā ad ihesū dicēs Dñe filia mea defuncta ē veni et pone manū sup illā et vivet ihesus et restituit ei vitā. si ergo filia tua. i. aīa tua mortua ē i peccatis respice illā manū largā in cruce perforatā et implora ei⁹ largitatem: ipe sine dubio dabit tibi. i. aīe tue vitaz eternā Quarto dñs i cruce extēdit manū eleuatā et erectā ad pcutiēdū

pctōrez si nō fuerit uersus ad eū vñ
de ōr de filijs isrl' qñ peccauerūt Ps
Eleuauit manū suā sup eos vt pster
neret eos in deſto Exod.xij. Extēdā
manū meā et plagā egiptū.i. pctōrez
tēbrosuz. hec ē manꝰ dñi q̄ plaſſit de
exercitu ſennacherib vna nocte. Clx
xxv.milia virorꝝ Nota hiſto.nij. re
gū.xviij. Vide ergo o pctōr hāc ma
nū eleuatā ad percutiendū et pretime
ſce Ānto extēdit dñs manus in cru
ce dependentes et hoc ad ſuſtinendum
ſiue deportandū peccatorez q̄diu eſt
in peccatis ne cadat in pfundū inferi
ni Solz em̄ aliquādo chriſtꝰ depingi
manu dextera dependente in terraz ad
deportandū pctōrez. Vnde ps Cū ce
ciderit non collidē. q̄ dñs ſupponit
manū ſuā. Iſtud figuratū ē Mathei.
xiij. vbi dicit̄ q̄ cū petrus ambulaēt
ſupra maē ad dominū et timuiſſet
magi eo q̄ dubitaret extendens ihēſus
manū apprehendit eū dicēs Modicę
fidei q̄re dubitaſti. Per petz ambu
lātē ſignificat̄ pctōr q̄ ambulat ſup
mare hui⁹ mūdi quod plenū eſt pericu
lis. hic ſtatim cū peccat merito cade
ret in pfundū infernī ſi deꝰ eū manu
mīe ſue nō ſuſtentaret Trenoꝝ.iij.
Mīe domini q̄ nō ſumꝰ cōſumpti q̄
nō defecerūt miſerationes eius Sexto
oſtēdit dñs in cruce manū aptaz ad
tenendū nos ſua grā et benedictōne.
Vnde ps. Aperis tu manū tuaz et im
ples oē animal benedictōe Glo. Ma
nū.i. bemgnitatē potētie tue. q̄ oīa
in eius ptāte ſunt. et imples omne aī
mal. ſcz rōnale quod pt benedia be
nedictōne.i. gratia tua Prou.xxvi.p
mo Manū ſuā aperit inopi.i. pctōri.
q̄ inops et pauper eſt. et ab omni g
tia manū ſuā aperuit in cruce et adhuc
aperit omni tēpore ſi parati ſumus g
tiaz accipe. hoīs ei eſt ppaē cor ad
recipiendā graz. et tunc patꝰ ē ifun
dere grāz. ſicut dicit Proue.xvi. vi

de ergo manum domini et ppara te
ad grāz recipiendā Iſtud figuratū ē
Ezechi.ij. Vbi dicit dñs ad ezechie
lem. Aperi os tuū et comede quod cū
q̄ tibi do. et aperuit ei manꝰ in qua
erat liber inuolutus ad ſrām fuit ce
dula cōuoluta ſicut rotulus. et dixit
dominꝰ fili hominis comede volumē
iſtud et cuz comediſſet factū eſt in ore
ſuo ſicut mel dulce Per manū iſtaz ſi
gnificat̄ bemgnitas dei. p librum iſ
tum ſignificat̄ grā dei que erat hoī
nem. ſed liber iſte fuit clauſus in ma
nu. p hoc ſignificatur q̄ tanta dulce
do celeſtis icluſa eſt q̄ nulla lingua
potest explicare. et ideo apatur mel
li Vnde ſequit̄ q̄ factum eſt in ore eꝰ
ſicut mel dulce. Sed ātēq̄ daret ei li
brū dixit. aperi os tuū et impleto illō
.i. prepa cor tuū ad recipiendā grāz
ego paratus ſū tibi infundere eam.

Dominica tertia.

Sermō tricēſimus ſeptimus.

Non falſum teſtimonium di
ces Romano.xiij. In epiſto
la huius dominice noſ docet
apoſtolus precepta domini iſtruens
vt ea obſeruemus inter que octauū
eſt iſtud Nō falſuz teſtimoniū dices
in quo pphibet̄ omne mendaciū Mē
daciū ſm Auguſtinum Eſt falſa ſigī
ficatio vocis cum intentione fallendi.
Debemus autem mēdaciū vitare pp
ter multa Primo quia ſacra ſcriptu
ra prohibet in diuerſis locis Ecci. vij
Noli velle mentiri omne mendacium
aſſiduitas ei eius nō eſt bona Secun
do debemus vitare mēdaciū. q̄ pec
catū ē diabolicū et omēs excogitātes
mēdaciū filij ſūt diaboli Primū emz
mendaciū excogitauit diabolꝰ in pa
diſo quando dixit nequaq̄ moriemi
ſed eritis ſicut dij. Ge.iij. Nota hiſ.
Vnde ait dominꝰ de diabolo Jo.viij
Vos exptē diabolo eſtis. Cū loq̄tur

mẽdaciũ ex ꝓpria loq̃ē· qz mẽdax ē
& pr̃ eī· i· hō mendaciū & hō mendax
filius ē diaboli q̃tū ad imitatōem·
Johã· viij· Vos ex prẽ diabolo estis
& desideria eī vultis facẽ· i· mentiri·
Tertio qz mendaciū ē qdã venenū
qđ occidit aiam Sap̃· i· Os qđ menti
tur necat aiaz· vnde dicit dauid ad
adolescentẽ q̃ mentiebaꝫ se ītfecisse
saul· os eī tuū locutū ē otra te· & sta
tim iussit eū mẽcia Nota hystoriam
ij· regū· i· Quarto debem⁹ vitaꝫ
mendaciū ꝓp̃ vilitatẽ eī· vilius ei
& turpius ē mentiri q̃ furari Ecc̃· xx
Potiꝰ ē fur q̃ assiduitas viri mẽda
cis· i· vizi qui hz im ꝺsuetudine menti
ri & tñ ābo ꝓditionẽ hereditabũt Jō
pꝛiꝰ videẽ hō mendax q̃ fur· qz fur
nocet hoī im reb⁹ exteriorib⁹· ꝫ men
dax ei nocet i aia sez qñ fecit eũ falsũ
credere eaã & im fama & i hõre quos
hō plus diligit q̃ res tpales· & ideo
bene ꝺr̃ pcm̃ diabolicũ: qz hoī aiam
suã necat & iō ipe ꝺpaꝫ ẽgi zodomo
rũ qui dixit ad abraham Geñ· xxij·
Da mihi aias cetera tolle tibi: vnde
oẽs mendaces sũt de familia eī Pro
uerb̃· xxix· Prīceps qui libenꝫ audit
ꝺba mendacij oẽs ministꝛos hz ipios·
Quãto dẽmus vitare mẽdaciũ qz do
mín⁹ odit multũ Prou· vi· Sex sũt
q̃ odit dñs & septimũ detestaꝫ aima
eī· oculos sublimes· linguã menda
cẽ man⁹ effundentes innoxiũ sangui
nez: cor machimãs cogitatõnes pessi
mas: pedes veloces ad currẽdũ i ma
lũ ꝓferentẽ mendaciũ· testez fallacẽ
& eũ qui semiat inẽ frẽs discordiam:
q̃ deus multũ odiat mendaciũ pz im
hoc q̃ dñs sepe mendaces acriter pu
nit Exemplum in saphira & ananya
Actuũ· v· Nota hystoriã post missio
nem spũs sci augebaꝫ numer⁹ credẽ
tiuz multi ei venditis oibus posuerũt
pciũ ante pedes apl̃oz· Ananyas &
saphira vendito agro ꝑtẽ precij psen

tauerũt apostolis· & ptem reseruа
bant Petr⁹ autẽ sciens hoc im spũ di
xit ananie Dic si tãti agꝝ vẽdidisti p̃
cij qui cũ dicẽt sic· dixit petr⁹ cur tẽ
ptauit sathanas cor tuũ & mẽtiri au
des· & statim ccidit & exspirauit Cũ
allatũ esset corp⁹ viriliter mulier &
sibi simile cõtigit· Ex hoc patz qũo
deo displicet veritatẽ non seruare
Item patet in duob⁹ semoribus qui
mendaciuz dixerũt de susanna Nota
hystoriã danielis tredecimo· Ecclam
vult de⁹ q̃ infideli non mendaꝫ· sed
veritas sibi seruetur: quod patet i io
sue qui fregit fedus qđ promissũ fu
it gabonitis Nota hystoriã iosue· ix·
& quomodo eũ dominus ꝓpterea pu
nuit patet· ij· re· xij· Sexto debem⁹
vitare mendaciũ ꝓpter penã eternã
infernj que sequit̃ Prouerb̃· xix· tes
tis falsus nõ impunitus erit· & qui lo
quit̃ mendaciũ nõ effugiet: Apoca·
tricesimo· i· Omnibus mendacibz ps
illa erit statim ardẽs igne & sulfure
Prouer· xx Suauis est hoī panis mẽ
daciꝫ & postea iplebit̃ os eī calculo·
Calculus est lapis ignitus· vnde di
ues ille qui in mẽdaciis multũ pecca
uerat in lingua pl⁹ cruciebaꝫ petẽs
guttã aque ad refrigerãdaz linguã
suaz: vnde salomon· Prouer tricesi
mo Vanitatẽ & mẽdacia longe fac
a me domine Quale pcm̃ sit mẽda
cium· require in sũma vicioꝝ & c̃·

De eodem die· Sermo in euan
gelio· Sermo xxxviij·

Hscendente ihesu in nauicula
secuti sunt eũ discipuli eius
& ecce mot⁹ magn⁹ factus ē
in mari ita vt ꝓpter̃etur fluctib⁹ ipe
autẽ dormiebat & accesserunt ad eũ
discipuli suscitauerũt dicentes dñe
salua nos perim⁹ Et dixit eis ihesus
Quid timidi estis modice fidei quaꝫ
dubitastis· si potentẽ me sup terrã
habere cognouistis quare nõ credi

tis ·q̄ in mari potēs sū Tūc surgēs ipauit ventis ⁊ mari ⁊ facta ē trāq̄lli tas magna Ascēdēte ihesu in nauicu lā secuti sūt eū discipuli eꝰ Mat. viij. In v̄b istis possumꝰ duo notaē Pri mū ē christi arca nos maxīa caritaſ ibi · ascēdente · ihe · in nauí · Secūduz ē discipulorꝝ arca xp̄m fidelitas · ibi Secuti sūt eū ⁊ c̄. Circa p̄mū nota q̄ christꝰ volēs oñdere suā ppetuaz ca ritatē q̄ nos dilexit venit ad maē hꝰ mūdi ⁊ nauē ꝓpt̄ nos ascendit · p na uez istā sigmificaē crux xp̄i i q̄ mortez sustinuit ꝓpt̄ nr̄az salutē quaz ip̄e aſ cēdit volūtarie nō coactus Ysa · liij · ca · Oblatꝰ ē q̄ ip̄e voluit Cōpaē āt crux xp̄i nauí ꝓpt̄ q̄tuoꝝ Dcio ꝓpt̄ di spositiōis siēitudinē Nauis ei in p̄n cipio suí capitis ē stricta ⁊ siēr in pedi bz ⁊ medio lata sic crux xp̄i i p̄ncipio ⁊ i capite ado stricta erat q̄ nō hūit tm̄ vbi caput suū reclinaret Crux ei dispositа erat sicut thau ⁊ desup nō habuit lignū in quo x̄ps caput recli nare possz · qđ oq̄riē Mat. viij. Vul pes foueas hūt ⁊ volucres cēli mdos ⁊ filiꝰ marie nō hz vbi caput suuz bñ dcm reclinz · p vulpes q̄ suū hūt greſ sū suauē ⁊ suauē p̄llē sigificaē delica ti qui maxīe q̄rūt omodū corpis sui Itē sūt fouee in t̄ra · q̄ nō q̄runt mſi t̄renū omodū nō attēdentes futurꝝ i cōmodñ · p volucres cēli intelligunē supbi q̄ corde in nubibꝰ volāt sup ali os se extollēdo · q̄ vadūt erecto collo nō attēdentes q̄ x̄ps habuit caput i clinatū · q̄ nō hūit vbi caput reclīa ret Vñ bñ · Christꝰ hūiliter passꝰ ve delicatis Exēplū · Duasa q̄daz tā deli cate carnē suā tenēs vt omumbz aq̄ſ manꝰ lauare nollet · ß aquaz de rore cēli colligi fecit · lectū suū aromatibꝰ redolere faciebat nō recolēs q̄ x̄ps tā dura passꝰ fuisz Qua ꝓpt̄ dñs car nē ipius tm̄ afflixit q̄ totū corpꝰ eiꝰ putruit ⁊ caro paulatim i frustra ce adit ⁊ totā domū intolerabili fetoꝝ repleuit ita q̄ nulla ancillaꝝ nec ali quis huoꝝ · nec quisq̄ ad eā accēdē possz ⁊ sic miserabilit mortua ē Attē dant hoc q̄ mims delicate nutrunt car nē suā · attēdentes q̄ x̄ps nō habuit vbi caput suū reclinarz Beda · visa passione xp̄i q̄s tam delicatus q̄ non abstimeat carnē · q̄s tā supbꝰ q̄ se ñ hūiliat Respicat supbꝰ ⁊ videat hu militatē xp̄i · respicat carnis delec ⁊ videat amaritudinē · Itē scđo na uis in medio ē lata · sic crux xp̄i in me dio ē lata q̄ extēsis mambz p̄debat in cruce Ysa · xxv Extēdit manꝰ suaſ sicut natās O q̄ lata erat nauis ista i q̄ a deo extēte erāt manꝰ q̄ oēs ve ne eꝰ dinumerari poterāt Dicit enz Augꝰ q̄ crucifixores q̄ fecerāt foramina in cruce · q̄n vna manus erat mſi xa ꝓpter mimā distātiaz foramimum alia manus nō poterat extēdi ad ali uz foramē · ⁊ ne oporteret eos aliud aliud facē · traxerūt aliā manū cū fu mbus ad aliud foramē · ⁊ in tm̄ ipsū extēderūt q̄ oia ossa eꝰ numerari po tuerūt Hoc videē tangē Dēs cū dicat Foderūt manꝰ meas ⁊ pedes meos · dinumerauerūt oia ossa mea · q̄ · di · In fossione manuū ⁊ pedū tm̄ me ex tenderūt · q̄ oia ossa mea numerare potueeūt Vnde Bernardus O amā tissime iuueis quid commisisti vt ta lia patereris · quod scelus tuuz · que culpa tua · que causa tue mortis · que occasio occasionis tue · Ego sū causa tue mortis · occasio occasionis tue Il licita cupiscētia traxit adā ad arbo rē te x̄pe pfcā caritas traxit ad mor tē Itē terciō nauis ista fuit stricta i fi ne · Fuit eaā crux xp̄i adeo stricta q̄ vnꝰ pes sup aliū affligereē · dicuntur tantum tres clauí fuisse · duobus eñ affixe manꝰ ⁊ vno affixi fuerūt pedes ābo · ⁊ hoc fuit p̄bosiꝰ q̄ si duo fuissēt clauí · O q̄ arta eat finis istiꝰ nauis

quãdo in fine vite sue ex mimia amaritudine clamauit. deus ds meus vt quid dereliquisti me Bernã. Defuit christo i cruce terra pedi lignũ capiti amictus. lateri amicus dsolatõs

Secundo comparat crux christi naui. ꝓpter potus amaritudinẽ. Solet em̃ in naui trãseunti mare esse duos aut potus amar9: sic xps in naui cruis habuit duũ potum amarissimũ Vnde ps̃. Dederũt in escã meã fel. & in siti mea potauerũt me aceto Dropt amaritudinẽ felli cõparatur Diunt ei euãgeliste cũ diceret Sitio imposuerũt spongiã arundini & dederunt ei acetũ felle mixtuz. Sup isto uerbo dicit ei beat9 Bernard. Quid sitis domine. q̃d sitis: ergo ne pl9 te cruciat sitis q̃ crux d cruce siles: & de siti clamas. q̃d ergo sitis Vestrã iqt sitio salutẽ. uestrũ gaudiũ. plus aiam rũ urãz q̃m corpis mei cruciat9 me tedent Vñ bernar. Aia p̃iosa nõ auro uel opib9 redempta. sed sanguim agm imaculati ꝓpter te fons vite aceto potaꝛ Attẽde q̃ntũ vales. quãtũ ꝓ te datũ sit. ne te tedas in poitionẽ. Istũ potũ quẽ christ9 in cruce bibit debem9 attẽdere vt eã aliq̃ patiamur Vnde bern. Nõ est dub9 a deo arid9 q̃ nõ efficiaꝛ sapious. si illius aceti qd dño ꝓpinatũ est odimento fuerit tẽpatus Terno crux xpi comparaꝛ naui ꝓpter penaz mlt̃itudinẽ sicut em̃ naues trãseuntes mare multas sustiment tribulationes. sic christus i cruce sustinuit multas angustias & t̃bulatõnes. dura d̃ba. duriod vulnera. durissima mortis supplicia. Treno. i. O vos oẽs qui trãsitis pre uiã attendite & uidete. Vere multa sustinuit in naui cruis. patiebatur ei in omnib9 sensib9. i uisu. eo q vidit matrẽ suã amarissime turbataz Vnde bernar. O bone ihesu q̃ grauiter foderis exterius i corpe. sed multo acrius interius i corde ex ꝑpassiõe matris tecũ õia ptipantis Itez in auditu q audiuit eoz blasphemias dicentiũ Vach q̃ destruit tẽplum dei. & i triduo reedificat illud. Alios saluos fecit seipm saluare nõ pot Item in odoratu q crucifixus erat in loco caluarie vbi malefica crucabanꝫ. & ideo fuerũt ibi cadaueꝛa & ossa mortuorũ quoz fetore cruciabaꝫ. Item in gustu. q propinauerũt sibi acetum felle mixtũ sicut dicũ est. Itẽ in tactu q a planta pedis usq ad uticem capitis nõ erat in eo samtas Ecce q̃ tas t̃bulationes xps in naui cruis ẽ ꝓpssus Quarto crux xpi ꝑatur naui. q nauis tñsit de una terra i aliã sic cruce. i. t̃bulatõib9. angustꝰ tñ situr de ꝑsenti miseria ad vitã eẽnã Actuũ. xiij. Per multas t̃bulatões oportet intraꝛ in regnũ celoz Luce vlt̃. oportuit xpm pati & sic intraꝛ i gloriam pris Igit̃ si ipse hinc sine flagello nõ exit q̃ sine pct̃o huc venit. & sine pct̃o pmansit quo flagellis digni nõ esset q cũ pct̃o venerũt. & uiuẽdo plus peccauerũt Vnde ihero. Quis scõz sine t̃bulatõe coronatus est. q̃si dicẽt null9. vnde dr in euangelio hodierno: secuti sunt eum discipuli in naui. q oẽs t̃bulatões & penas sunt ꝓssi ꝓpter xpm & exẽplo illoz oportet nos pati. si volumus ad regnũ celoz puenire. i. Pet. iij. xps pass9 ẽ p nob9 uobis relinq̃ns exemplũ vt sequamĩ uestigia ei9 Exẽpluz patiẽdi ꝓpt̃ dñ possum9 accipe i quo dã paganoz pncipe q nouit conuersus & baptizatus ẽt i dsictu contra paganos grauit̃ vulneat9 est. Cũq timerẽt xpiam ne ꝓpt̃ hoc uacillaret dsolanꝫ eũ dicẽtes. Grãs ago deo p cuj9 honore tu es vulneat9 Rñoit tali dsolatõe si indigeo. & uoleo magis q nõ hẽo n̄ q̃tuor vulneã ꝓpt̃ ihesũ q̃ ꝓpt̃ me mlt̃a vulneã sustinuit.

eam infinita. // Dominica ẽrta

Sermo tricesim⁹ nonus.

SVper omnia caritatẽ hñtes quod est vinculuz perfectionis Colocenſ.in. In verbis istis hortat nos apl's ad caritatẽ q ẽ mater oim vtutũ ⁊ bonoz Vnde ambrosius Caritas ẽ mater ommũ virtutũ q oes informat sine q nulla est vera virtus Caendũ autẽ qp caritas nobis necessaria ẽ propterter multa qz sine caritate nulla opa sunt meritoria Vnde greg. Omne mãdatũ. ⁊ quicqd ꝓcipitur i sola caritate solidatur Sicut em multi rami arborum ex vna radice pœdunt. sic multe virtutes ex vna caritate generanẽ ⁊ non habent aliquid viriditatis rami bonj operis si non manserit in radice caritatis. ꝙsi diceret. nõ hz aliqd meriti bonũ op⁹ sine caritate. prima Cho. xiij. Si habuero ꝓphetiã. i. futuroruz reuelationẽ siue cognitõez. caritatẽ autẽ nõ habuero mihil mihi pdest Talis autẽ fuit balaam q multis milibus annoz ante incarnatõez christi ꝓphetaueãt de ea Numeri. xxiij. Oriet stella ex iacob. ⁊ tamẽ damnatus ẽ. qz caritatẽ nõ habuit Similit saul q legit ꝓphetasse. i. Reg. x. cap. Et cayphas Johã. xi. ca. Colligerũt pontifices ⁊ phariseiꝫ ẽ. Et si nouerit oia misteria Colocenſ xiij. i. si nouerim oia secreta vtriusq testamẽti. q humanus intellect⁹ capẽ non pt sine spũali gratia sicut apli habuerũt Caritatẽ autẽ si nõ habuero mihil mihi pdest Sicut iudas q̃ioiu fuit apostolus. qz eis dictũ est Mat. xiij. c. Vobis datũ est nosse misteriũ dei. ꝫ qz iudas i caritate nõ pmansit mihil sibi pfuit. Ita eaã diabolus secreta nouit Ez echie. xxviij. c. Omne secretũ nõ est abscõditũ a te Et si habuero oem scientiã quã humana mens potest cõprehendere Caritatẽ autez non habuero mihil mihi pdest. sicut scribe ⁊ pharisei. de quib⁹ dr Lu. xi. Ve vobis legisperitis q tulistis clauẽ scietie ipi nõ introistis ⁊ eos qui introibãt phibuistis Vnde Augustinus Cũ audisset vitam anthony ait. Deu mocti rapiunt cẽlũ ⁊ nos cum scietia nostra in infernũ dimergimur Si ei scietia aliquẽ beatum facęret. multi demones beati essẽt Et si habuero oem fidem. i. pfectam de oibus q oportet credere. fidez dico ita firmã ⁊ pfectam vt mõtes trãsferã id est a deo ipetrem Mat. xxi. Si fidez habuero ⁊ nõ hesitauero. ⁊ si dixero monti huic tolle te ⁊ mitte te in mare ita fiet Caritatẽ si nõ habeam mihil suz .i. mihil mihi pdest ad vitã eternam acquirendã Sic fuit alexander magnus q̃ habuit tantã fidẽ ad deũ. cum vellet includere iudeos int mõtes caspios rogauit dominũ celi vt mõtes se eleuarẽt ⁊ se inuicẽ iungerẽt ita vt fieret loc⁹ inmeabilis. sicut dicit Josepus in historijs. tamẽ mihil profuit sibi quin sit damnat⁹. qz caritatẽ nõ habuit Vel ſm aliã glo. p mõtes intelligunt demones. ⁊ ẽ sensus Si habuero tantã fidẽ vt demones de obsessis corporib⁹ eiciã. caritatez autẽ nõ habuero mihil mihi pdest. Sic fuerũt exorciste iudeoz qui ꝓt quasdã iuratões eiecerãt demões De quib⁹ dicit Lu. xij. Si ego in beelzebub demonia. filij vri i quo eiciunt. Et si distribuero omnes facultates meas in cibos paupm qd ẽ maxima benignitas ⁊ liberalitas. caritem nõ habuero mihil mihi pdest. sicut multi philosophi qui adeo benig ⁊ liberales fuerunt qp nullũ egentem videre poterant. quoniã eis mẽtibus suis subuenerũt Sicut socrates philosophus et ceteri. mihil tamẽ p fuit eis ad vitaz eternam. quia caritatem pfectam nõ habuerunt. Et

si tradidero corpus meū. nō tm̄ bona mea ita vt ardeā. q. di. Et si castiga uero corp⁹ meuz tm̄ vt memetipsūz occidere. caritatē autē nō habeaz mihil mihi pdest. sicut aliqui pagam̄ q̄ semetipos occidunt putātes sic placere dns suis Et saracem̄ q̄ corpus suū miserabiliter affligunt ieiunys. vgil flagellis. Et pharisei qui alligabant spmas ad fimbrias q̄ eas pungerēt. mihil tamē ipsis pfuit qz caritatē nō habuerūt. Itē dicat apostol⁹ .i. Chr. xiy. Si linguis hominū loquar et āgelorum. caritatē nō habeā factus sūz sicut es sonans et cymbalū tinniēs In hoc videt tangere p̄dicatores .i. doctores sine caritate existentes q̄ alys pfunt et sibiipsis mihil. q. d. Si fuero ita facūdus et eloquens qz loquar linguis hominū. i. secularibuz et angelorum .i. spūalium. caritatez nō habeā similis sum eri sonanti qđ alys sonat et se ipsū osumit et cymbalo tinniēti qđ alios delectare facit ex fua dulcedine et se pati cōsumit. Sic qui p̄dicat alys vtilia et loquitur delectabilia et dulcia absq; caritate. sibi mihil valet ad eē nam vitam Aug⁹. Si in te intrat sapiētia salomonis. fortitudo sampsonis pulchritudo absolomis. agilitas azahel. diuitie cresi. ptās octauiāi. inicta gl'ia alexandri. diuturnitas enoch. et si caritatē nō habueris mihil pfiaes Si fueris paup et languidus oib⁹ dieb⁹ vite tue sicut lazarus qui iacebat ad ianuā diuitis vlceribus plenus cupiens saturari de micis q̄ cadebant de mensa diuitis. caritatē autē non habueris mihil tibi prodest Job legitur habuisse septez milia ouiuz. tria milia camelorum. quingenta iuga boum. quingentos asinos et multaz familiā nimis q̄ omnia poidit insuper plagatus fuit in corpe qz a planta pedis vsq; ad verticem nō erat in eo, sanitas et sedēs in sterq̄linys testa sanies radebat. hoc totū sine caritatē sibi nō pfuisset Vñ aug⁹ Sine caritate hec pūt hri. & ñ sine caritate pdesse.

Expositio textualis.

Similē est regnū celorum hoi q̄ semiauit semē bonū in agro suo Mat. xiy. hō iste de⁹ est ager mūdus ē. semē sūt sci hoies Cū āt dormirēt hoies .i. cū apli dormitō nē accepterāt et eccias plati negligenter agerēt venit inimic⁹ hō. i. diabol⁹ et sup semiauit zizania. i. hereticos et falsos doctores. i medio ętis et abiit et abscōdit se. Vñ pō. Insidiat in abscōdito q̄si leo in spelūca sua. Cū āt creuisset herba. i. semē qđ semiauerat apparuit herba et zizania. p herbā intelligit scia siue sacra scptura. Vñ Pō. Qui dat herbā. i. scias fruituti hominū. i. fuis suis hoib⁹. q. d. Cū creuisset sac scia p doctores et p̄dicatores tūc apparuit zizania. i. hereticoz falsa doctrina accedētes āt fui prisfamilias .i. āgeli dei. dixerūt ei nōne semē bonū semiasti i agro tuo. i. in eccia. i. in apl'os et xp̄ianos Vñ ergo hzzizania. i. hereticos et est q̄rendū. vñ mali sic orti sūt et ait illi dns inimic⁹ hois .i. diabol⁹ fecit hoc q̄ ē inimic⁹ hūam gn̄is serui āt prisfamilias .i. āgeli di dixerūt ei. vis im⁹. et colligim⁹ ea et eūdit nō. Dat ei loc⁹ pñie qz fieri p̄t qz ille q̄ hodie malus ē i breui p gratiā dei p̄t fieri bon⁹ ne forte colligentes zizania. eradicetis ętiaz .i. aliq̄m maluz q̄ in futuro p̄t fieri bon⁹ simul occidatis cū pmanente malo. simte vtraq; crescere vsq; ad messē. i. ad die iudicij. et in tpe messis .i. in die iudicij dicā messoribus .i. āgelis. Colligite p̄mū zizania et alligate ea i fasciculos ad oburendū eternaliter scz malos Triticum autē id est bonos congregate in horreū meum id ē in regnum celorum eternaliter Vel aliter: Homo ille xp̄s est q̄ semē bonū. et ē.

Semē .i. verbū dei p predicatores in agro suo id ē in corde fideliū semina tum Cū dormierūt homines p negligentiā et accidiā. venit inimicus hūa ni gnis scz diabol9 q̄ insidiat hominī omni loco. oī hora. et supsemiat zizamā .i. mala opa vel mala desideria q̄ impediunt ne bonū semē qđ vbo seminatū fuerit fructū faciat in hoie. Nolite ergo dormire in sompno accidie Prouer. vi. Vsq; quo piger dormis q̄n de somno surges .i. Pet. vi. Fratres sobrij estote qr aduersari9 vester diabol9 quasi leo circuit rugiēs quezēs quē deuoret. cui resistite et c.

De euāgelio Sermo xl.

Colligite primū zizania et colligite ea in fasciculos ad cōburendū. triticū autem congregate in horreū meū Mat. xiij In verbis istis describunt duo scz pena dānandoz et p̄miū saluandoz Primū ibi: Colligite. secundū ibi Triticū. Circa primū nota q̄ pena damnandoz ē multiplex Prima pena ē ignis. psa. vlt. Ignis eoz nō extinguet .i. inextinguibilis ē. qr si totū mare supfunderetur nō extingueret Apo. xx. Qui nō est inuētus in libro vite script9. missus ē in stagnū ignis. hoc erit in die iudicij quādo dicet. Ite maledicti in ignē eternū Mat. xxv. Sed ab isto igne nō equaliter cburunt damnati. sed fm q̄ magis et min9 peccauerūt Sicut a nostro igne materiali aliter vere palea. aliter lignū De igne purgatorij dicit Aug9. q̄ excedit omnē penā q̄ vng̃ excogitata fuit in hoc seculo Et tanta ē differētia inter ignē purgatorij. et ignē infern. sicut ē inter ignē materialē. et ignē depictū Sed tamē ignis infern millesies grauior est igne purgatorij. vnde exēplum. Dō quidā grauiter decūbens rogauit deū vt eū de mūdo tollet. Cūq; sepi9 petiuiss astitit ei angel9 dicēs Missus sū ad petitōnem tuā implendā Elige aut duob9 diebus esse in purgatorio. aut duob9 annis sic infirmari Et ille gauisus elegit primū et mortuus ē et ductus in ignē purgatorij. Post vnā horā diei illius venit āgelus dei quē vidēs dixit: Quis es tu? ait Ego sū angelus dei q̄ apparui tibi in seculo Ait ille. Absit tu nō es āgelus. angeli nō mentiunt. tu aūt mē titus es Promisisti ei mihi q̄ tm̄ duobus diebus eē deberē in purgatorio Ego autē fui hic in innumerabilibus annis Ecce si tāta est pena ignis purgatorij q̄ vna hora videbat sibi infinitū anni: quātā tūc putas esse penā infern. attendāt hoc petōres Secunda pena ē frigus Vnde iob. xxiij. c. Transibunt ab aquis niuiuz ad calorē nimiū Mat. viij Ibi erit fletus et stridor dentiū Fletus erit ibi de fumo ignis. et stridor dentium de nimio frigore. Ysa. vlt. Vermis eoz nō morietur Vermis ille nō ē corpalis l̄ materialis. qr nullus animal ibi remanebit p̄ter hoiem. sed vermis iste est remorsus sciētie remordēs animā Aug9 In inferno si sit stimulus pemtudinis. id ē remorsus sciētie. nulla tm̄ erit correctō voluntatis Ysa. xiij. tortiones interius et dolores exterius sustinebūt et q̄si pturiens dolebūt. //

Exemplum de quodā religioso q̄ audiuit aiam deplāgentē damnatōem suā. reqre in sermone Prepara te.

Quarta pena ē fetor scz sulfuris Vnde. pō. Ignis. grando. nix glacies. spūs procellax ps calicis eoz Apo. xx. Pars illoz erit in stagno ardēti .i. in igne et sulfure. vñ Bern. dicit q̄ nū q̄ fetuit vnus putrid9 canis in aspectu hominū sicut peccator in conspectu dei et angelorum Heu qualis erit ibi fetor vbi tot congregabūt petōres Peccator similis ē putredo ouo qđ q̄diu integrum est nō fetet. § q̄ndo

frangiť tūc exalat fetor eiꝰ sic pctōr q̄diu viuit in hoc seculo nō fetet · ſ q̄ndo venerit in infernū sentieť fetor eiꝰ Quinta pena ē fames ⁊ sitis Ysa · lxv · Serui mei comedēt ⁊ vos esurietis · serui mei bibēt ⁊ vos sitietis Ibi erit tāta inopia q̄ nec vnā guttam aque habere poterūt · vt pz i diuite epulone Luc · xvi · vnde Gre · Diues ille guttā aq̄ petyt qui pus micaz panis laz aro negauit Sexta pena ē fletus · Mať · viij · Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiuz Fletus ille nō ēst corpal · seo spūalis · i · dolor interior · q̄ damnati nō habent lacrimas materiales Per fletū igiť intelligiť dolor Jhero mi · Tāta erit in inferno vis doloris q̄ mēs ad aliud dirigi nō potest nisi ad qđ vis doloris repellit Sz si singulis diebꝰ q̄bus erūt damnati in infer no vnā guttā lacrime emitterēt materialē · plꝰ exirent aq̄ p procellaz tē poris q̄ oia vasa huiꝰ mundi capere possēt · imo plusq̄ oia maria aquas ptineant · Septima pena ē tenebrosi tas · Mať · xxij · Ligatis manibꝰ ⁊ pe dibꝰ mittite euz in tenebras exterio res Vnde gre · Ignis infernaľ crema tionē hab; · ſ lumē nō hab; · erit tñ i iferno aliquid occulte lumminis quo damnati videre possint vnde doleāt nō vnde letenť Videt ei vsq̄ ad diē iudicij gloriā beatorū ꝺ qua augmē tať dolor eoz Octaua pena ē horror tā loc q̄ demonū · Job · x · Ibi sempi tern9 horror inhabitat Idem · iob · xx Vadēt ⁊ vement sup eos horribiles · oēs tenebre abscōdite sunt i oculis eius Exemplū legiť q̄d am scā femia habuisse filiū in ordine asteraensi q̄ temptatus dixit matri q̄ non posset austeritatē ordinis sustinere Cui mī Et quomodo potes penas inferni sus tinere si apostataueris Cui ille · Ora p me deū vt modicū possim experiri de pnis infernis ⁊ orante illa audiuit filiꝰ horribilem porcoz clamorē ⁊ vi debať illi q̄ omne tormētū huiꝰ mū di nō possit horrori illi cōparari quē habuit ex illo somitu · ⁊ cum cum p ti more deficeret ꝺfortauit eū maľ sua ⁊ somnꝰ cessauit ⁊ ille in ordine pse ueauit Si talē horrorē habuit ex mo dico auditu qualē tunc habebit de visu · q̄ndo videbit tot innumerabi les ꝺmones horribilissimos Nona pe na ē q̄ mori nō possūt Apo · ix · Desi derabūt mortē ⁊ mors fugiet ab eis · Augusti · Quare in inferno mors op tať ⁊ nō inueniť · q̄ quibꝰ vita i hoc seculo offertur ⁊ nolūt agere pnitē tiaz in inferno mortē q̄runt nec pote runt iuenire Greg̃ · Fit miseris mors sine morte · finis sine fine · defectus si ne defectu · q̄ mors semp viuit · ⁊ fi nis semp incipit · ⁊ defectꝰ deficē nes cit · mors pumt ⁊ nō extinguit Augꝰ Dolor pmanet vt affligat ⁊ natura pduraf vt sentiat · q̄ vtrūq̄ nō defi cit ne pena deficiat · Job · xx · Luet q̄ fecit omnia ⁊ tamē nō extinguetur · Glo · vt sine fine cruciet̃ · qñ em̄ fu erūt in iferno tot milibꝰ ānoz quot sūt stelle in cælo · gutte i mari · arene in terra · pulueres in aere · ⁊ q̄tum tū possent oēs hoies numerare i mū do · vľ cogitare adhuc nō erit finis Attēdant hoc pctōres qui nolūt hic breuē penā sustinere nec agē pnitaz · Decima pena ē defectus oīs spei ⁊ cō solationis · vnde Ber · Quid erit cuz viderit se ista miserāda cōditio omi spē ⁊ ꝺsolatōne nudatā in illas tene bras exteriores dauti · ⁊ ab illa btōz ecclesia ppetua excogitatione exclu di Ita ei puaľ ꝺsolatōe oī q̄ nō pa tienť eis · ſ gaudebūt de eoz dānatō ne · vñ ps Letabiť iust9 cū viderit vi dictā Gre btōz aiē ⁊ si i nature aie sue boitate miaz hñt Nā tūc sue iusti ne diūcte tāta rectitudie ostringunť vt nľla ad reptos ꝺpassioē moueať

Dominica in septuagesima: ser. xli.

Sic currite vt ꝯprehendatis. i. christ⁹ p cursū istū ītelligitur vita pſens Augusti. Quid est aliud vita nr̄a nisi quidaz cursus ad mortē. velimus āt siue nolum⁹ qualibet die vnā dietā facim⁹ ad mortez vnde Job. ix. Dies mei velociores sūt cursore Ex quo ergo vita nostra quidā cursus ē ad mortē: ideo docet nos apl's quō debeam⁹ currere dicēs. sic currite vt cōprehendatis illum. post quē curritis quasi diceret. sic viuite in hac vita vt comprehendatis vitam eternā ad quā creati estis Si autem currere volum⁹ vt cōprehendam⁹. debemus ꝙtuor modis currere Primo celeriter siue festinanter. Beri. vita breuis est via longa si vis ad metā puenire. incipe celeriter currere. et trāsire Ad hoc autē vt celeriter curramus sunt duo nobis necessaria Primo vt simus interius vacui. secūdo vt simus exterius exonerati Primo dico vt simus interius vacui a pctōz sordibus Qui ergo ē repletus pctōz sarcinis abiciat ea q̄ nimis grauē facūt ho mimē ad cursū Vnde. ps̄. Sicut on⁹ graue grauate sūt sup me De graue dime pcti dicat Greg̃. Peccatū qđ p penitentiā nō delet̄ mox suo pondere ad aliud trahit. sicut patet in dauid qui de accidia siue de otio cecidit in cōcupiscentiaz: de concupiscentia in adulteriū. de adulterio in homicidiuz Itē debemus foris esse exonerati. bonis tēpalibus vt possim⁹ eo veloci⁹ currere p⁹ christū Vnde petr⁹ Ecce nos reliq̄mus oīa et secuti sum⁹ te Mat. xix. vnde Beri. Bene petre nō ad insipientiā tibi. nō em̄ potes euz sequi onerat⁹ Exemplum in adolescēte q̄ oīa mādata seruauerat sed abrenūciatio tpaliū retraxit eū a deo Mat. xix. Exemplū in currētib⁹ qui discalciat se. vt veloci⁹ currāt Videamus eciā exemplū in simeis. que sine calceis euadunt. & cū calceis capiuntur Propterea ait apl's Heb. xij. Deponentes omē pond⁹ malicie scz rerum tpaliū et circūstantias et sine pctō p patientiā curram⁹ Istud figuratum est in helizeo q̄ cū araret relictis bobus cucurrit post heliā Helise⁹ interpretat̄ saluator. et significat hiez volentē saluare aiam suā. hic debet relinquē res temporales et currere p⁹ helyā. i. xp̄m Secundo debem⁹ currere directe Ysaie. xl. Rectas facite semitas dei vr̄i. quasi diceret. duz vultis currere ad deū curite semitas dirigentes vos. i. virtutes Vnde. ps̄. Ibunt de vtute in virtutē. et videbitur ab eis deus deoz in syon in diuina speculatōe Istas semitas dirigētes ad deū debemus currere. et dimittere omunes vias quas maior pars populi ambulat scz vias peccatorum q̄ valde late sūt et multi ambulāt per eas sed via dirigēs ad deū arta est. et pauca ambulant p eam Mat. vij. Istud figuratū est i cursu azaelis. q̄ dicit̄ cursor fuisse velocissimus quasi vnus de capreis. ij. Re. ij Iste cucurrit malū cursū et ad malū finē pouxit Cucurrit em̄ post abner volēs eum interficere Abner autē fugiēs rogauit eū vt cessaret psequi eū alioquin p foraret eū Cūq nollet cessare abner vsa ad eū hasta pforauit eū et mortuus est. Per azael intelligit pctōr q̄ currēdo de pctō in peccatū videt̄ prosequi abner. i. christū Actuū. ix. saule saule quid me psequeris. sed dñs rogauit eum sepe vt cessaret a cursu malo: et hoc p p̄dicationes p internā inspiratōem: sed q̄n videt q̄ nō vult cessare. vertit ad eū hastam districte iusticie. et pfodit eū eternaliter Certo debem⁹ currere districte et prudēter. debem⁹ vno die sic currere q̄ alio die eciā currere possum⁹. Quidā em̄

sic indiscrete currūt vno tempore & postq̄ sic cucurrerūt alio tpe curre ñ possunt Sicut ille q̄ nimis indiscrete volūt viuere & castigant se ieiunijs orationib⁹ & vigilijs q̄ pcēdēte die nō possūt deo fuire. qui q̄dez indiscrete currūt q̄ longe ātē tēp⁹ cursū vite implent q̄ndo seipsos indiscrete debilitāt & assumunt. ōtra tales dr Roma. xij. Rōnabile obsequiū in deo. de talib⁹ dr Prouer. xix. Qui nimis festinat⁹ est pcedit offendit. i. ledit se Glosa. Ille ex festinatione se offendit qui ex indiscreta corpis macératione in firmitatē acquirit Nō habz callidus hostis efficaciā⁹ machinamentum ad tollendā de corpe delectationē quaz si effiere posset vt incautē & sine ratione ambulet. Iste indiscret⁹ cursus figurat⁹ est. p. Macha. vi. Cūq; antiochus venret ōtra filios israhel ad pugnādum cū multis elephantibus. Eleazar videns vnū elephantē eminētiorē pfodit eum i ymbilico & cadēs elephas oppressit euz & mortuus est. Eleazar significat hiez indiscrete currentē. cū elephantē. i. corp⁹ suū indiscrete occidit ante tēpus suū. ipē sub eleuāte cadit. i. animā cū corpore interfiat. q; mortaliter pccat Caro ei ita domāda est vt non superbiat. ita nutrienda vt nō intereat. Quarto debem⁹ currere pseuerantē. nō dēmus cessare a bono donec puenīam⁹ ad finē & apprehendam⁹ istud post qđ currim⁹ .i. vitā eternā Vñ apl's .i. Cho. vi. Sic currite vt cōprehendatis Mat. x. q̄ pseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit Jhēo. Nō ei icepisse. s pfecisse vtutis ē Remigi⁹ Nec inchoantib⁹ sed pseuerantib⁹ pmium debet Vñ gre. In cursū quippe currit si cepti iter ātē terminū deseraī Apl's. ij. Thi. iij Cursū consummaui. fidē seruaui. ideo reposita ē mihi corona iustice Et xp̄s dicebat in fine vite sue Johan. xvij. Opus consummaui qđ dedisti mihi vt faciā & xp̄s dixit in hora mortis. cōsummatū est Nihil pdest cursus bone vite. ñ cōsummet bono fine Nā si hō ētum āmis bonā vitā habuisz & ī fine retroiret eternaliē dānaret De quo legit exemplū in vitasparū Quidā latro venit ad quēdaz heremitā multū de peccatis suis ōterēs quē cum desperasset & in sanctatē suā sumē nollet latro sibi heremitariū facere vellz arborē pscidit & prescisa ato corruit & oppressit eū. heremita autez vidit q̄ angeli aiam ei⁹ ad paradisuz deferebant. & indignās ait q̄ plus consolationis de⁹ fecisz latroni q̄ sibi q̄ vigiti annis deo fuiuisset & nunq̄ p angelos consolatus fuisset & ex hoc decreuit potiⁿ esse latro q̄ heremita & captus i latrocinio. mox suspensus & damnatus fuit.

De euāgelio Ser. lxij.

Similē est regnū celoz homini patrifamilias qui exijt p mo mane conducere operarios in vineā suam Mat. xx. Greg. Paterfamilias conditor noster est qui habz vineam id est vniuersaz ecclesiā. qui ab abel iusto vsq; ad vltimū electū qui ī fine mūdi nascitur⁹ est. quot scōs perdidit quasi tot palmites misit Ad eruiendum autē dominus plebē suam quasi ad excolendam vineā suaz nullo tempore destitit operarios mittere. quia prius per patres. postea p doctores. deide per pphetas. ad extremū p apostolos q̄ si p operarios in vinee culture laborauit Seq̄tur. q̄ exijt p̄mo mane cōducere operarios suos in vineā suaz Mane fuit ab adā vsq; ad noe Conuētioē ās fcā ex denario diurno misit eos in vineā suā Denarius hz p magnez. p quaz significaī retributio laboris Et egressus circa horam tertiā vidit alios stātes ī foro ociosos & ē hōra tua fuit a noe vsq; ad abrahā & dixit

Jtē vos in vineā meā ⁊ quod iustū fuerit dabo vobis. Illi autē abierūt Jterū autē exīt circa sextā ⁊ nonam horas. ⁊ similiter fecit Sexta hora fuit ab abrahā vsq; ad moysen Nona hora a moyse vsq; ad mortē xpi Circa vndecimam vero exīt ⁊ alios iuenit in foro stātes ociosos Vndecima hora ē ab aduentu xpi vsq; ad diez iudicij Vocat hora tercia. sexta. nona ille hebraicus populus Ad vndecimam autē gentiles vocant. vnde sequitur Et dicit illis quid hic statis tota die .i. ab initio mundi vsq; nunc ociosi. Dixerūt. qz nemo nos conduxit. nemo nobis viā vite ꝓdicauit. Nullus ad eam pphēta vel pīarcha venerat añ xpm Dicit ergo eis Jte ⁊ vos in vineam meā Cū autē sero factū essz .i. cū dies totius mūdi ad vesperū declinasset. dixit dns vinee procuratori suo pī filio. ⁊ filius spūi scō. qz pater operatur p filiū. ⁊ filius p spūm scūm. vel procuratori .i. alicui angelorū. voca operarios ⁊ redde illis mercedem sua incipiens a nouissimis ⁊ nouissimis incipit. qz qui in aduentu sunt vocati ad regnū sine aliq tarditate. venient equales his rq ab initio mundi inceperūt Oēs quidē idem celū hūt. sed stella differt in claritate a stella. Cū ergo venissēt q circa vndecimaz horā venerāt scz gentiles acceperunt ⁊ ipsi singulos denarios .i. eandē cōformitatē cū his. qui ab initio mūdi sunt vocati. Venientes autē primi arbitrati sunt qz plus essent accepturi Acceperunt ⁊ ipsi singulos denarios .i. singuli acceperūt vnū denariū tm̄ sicut alij .i. eandē beatitudinē. tū qui plus merebit in terris plus ꝓmiū habebit in celis Sicut oēs stelle sunt in vno ⁊ eodē firmamēto. tñ vna luce clarior ē altera. sequitur. Et accipientes murmurauerūt aduersus prēmfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt aliquid ⁊ sibi nobis eos fecisti. q portauim9 pondus diei ⁊ estus. Vñ gre. Queri pt quō murmurāt dicātur qui ad regnū celoz vocant. Celoz em̄ regnū nullus accipit q murmurat mihilominus q accipit murmurare pt Crisō. Nō oportet dia q in parabolis sunt scdm totū quod dr inuestigare ꝑ intētōez ꝓpter quā ꝓposita ē intelligere ⁊ nihil vltra scrutari Nō ergo mouat hoc vt ostēdat aliquos esse inuidie mōrsus. sed ostēdit hos tanto petitos esse hōre qz ad inuidiā alios poterit generare si inuidia inē eos esset. Et pt locus ille itelligi sicut ille in euāgelio de diuite ⁊ laz azovbi dicit. Hi qui volūt ad nos venire nō possunt. Sicut enim illi qui nihil volunt nisi qz possūt transire. sicut nec isti murmurāt. nec inuident q eēnā felicitatē acceperūt. Sed sicut istud ꝺditionaliter itelligit ac si diceretur si volūt transire nō pnt. ita ⁊ in hoc loco cū ꝺditione intelligit quomaz si primi murmurarēt aduersus prēfamilias qz nouissimis ipos pares fecisset. dns ad instantez eoz qrimoniaz sic respondere posset Sequitur At ille respondēs vni eoz dixit Amice nō facio tibi iniuriā Nōne ex denario diurno conuenisti mecū. Nō enim ꝓmisi tibi ꝺformitatē meā. tolle qd tuum est ⁊ vade. reddo em̄ tibi scm op9 tuum. volo ātē ⁊ huic nouissimo dare sicut ⁊ tibi An nō licet mihi facē quod volo quasi dicēt. nōne potestas iudicas est scm iusticiaz facere. vel miam cui vult impendē. an oculus tuus nequā est. qz ego bonus sū. qsi diceret. nū qō benignitas mea ē tibi occasio nequicie Sequit. sic erūt nouissimi primi. ⁊ primi nouissimi Adaptatio est est pabole quasi dicēt. Sicut dictum est primi in labore erūt nouissimi in mercede. ⁊ qui primi sūt merito aliquādo pcedunt a nouissimis ⁊ nouis

sum. i. viles & abiecti in sceleribꝰ alij quando puemẽt meritis in principio iustiores Crisꝰ. Jo. primos erũt nouissimos futuros nouissimos primos dicat. non vt nouissimi digniores sunt primis. sed vt cõsequenter & nulla inẽrit dra vl' tẽporis cã. q̃ ât dicat multi sũt vocati. pauci vo electi. nõ ad superiores pertinet. sed ad gẽtes. qm̃ in ipsis gẽtibus vocati sũt multi. pauci eligẽdi. mlti ei ad fidez venũt. ad celeste em̃ gaudium pauci poducunt. Pleriq; ei deũ vsq; odiũt sequunt. moribus ât fugiũt.

¶ De eodẽ ser. ij. Sermo. xliij

secm vbū tuū . Itē spūs scūs vtilis ē
pcozib9 pnaz agētib9 in hoc q ipos
adiuuat in satisfactiōe . Ho . vij . Spi
rit9 scūs adiuuat infirmitatē nrām .
Ephesi . ij . Det vob deus fm diuitias
glie sue vtutē p spūm ei9 corroborа
ri . Ideo dt dns illis q aggrediunt sa
tisfactionē arduā p pcis suis Aggei
ij . Spūs me9 erit in medio vri nolite
timē Sine adiutorio nō possum9 facē
qcq . Io . xv . Sine me mihil potestis
facē . i . sine grā mea . Itē spūs scūs a
seruitute dyaboli liberat vos & filios
dei faciat . Pcōr em q facit pcm fu9
est pcti siue dyaboli . Io . vij . Criso .
Ante q pccam9 liberi sum9 sed si se
mel nos dyaboli operib9 obligaueri
m9 ia nrā vtute euadē non valem9
et hoc ē qd dns dicit Osee . xiij . Per
ditio tua ex te . ex me aūt auxiliū . Io
nob necessari9 est spūs scūs : q nos li
beros faciat a seruitio diaboli . tūc filij
dei erim9 . Ho . vij . Ipse spūs testio
mū phibet : & reddet spiritui nrō q
filij sum9 dei : q si filij & hēdes . Item
spūs scūs vtilis ē pficientib9 . Est em
ductor eor & fortificator . Ductor eo
tū ē : q pficientes dns ire de vtute in
virtutē . Ps . Ibūt de vtute i vtutē
et io spūs scūs eis ē necārij : ne deui
ent a via recta i lō vita : s vt vadāt
de vtute in vtutē . Io dr Eze . xxxvi .
Spm meū ponā in medio vri : & fa
am vt in pceptis meis ābuletis . Sic
petebat xpheta . Spūs tu9 bon9 dedu
cet me in trā rectā . Sz q pficientes i
bona vita multas hnt aduersitates
ideo necārius ē eis spūs scūs . q eos
fortes ad pugnandum efficiat Psal .
Spiritu oris ei9 omnis virt9 eor . q .
di . Dis fortitudo eor q pugnāt contra
dyabolū est a spūsc̄ō . & quos replet
ad pugnā fortes mumit : & q sine spū
hoc ad pugnā vadūt cito cadūt Iste
figuratū ē . i . Re . xi . vbi dt q Naas
pugnauit cōtra filios isrl . & obsedit
iabes galaad & noluit cū eis facē pa
ctū misi eruerēt oēs oculos dexteros .
Quod cum nūciatū essz sauli : insilijt
in eū spūs domini & deuicit eū Naas
interptat serpēs & significat dyabolū
qui p serpentē primū hominem vicit .
Iste adhuc filios isrl & deuotos homi
nes impugnat & nititur eis eruē ocu
los dexteros . i . auferre cōgnitionem
dei : sed si spūs scūs insiluerit in eos
sicut in saul : ipsi deuincerēt eum . scz
serpētem cum adiutorio spūs sancti
et dicant cum Psal . Spiritu pncipa
li cōfirma me Item spūs sanct9 vti
lis est pfectis hominib9 . qr talibus
sepe secreta celestia reuelat . Vñ . p .
Chrim . ij . Quod oculus non vidit :
nec auris audiuit : nec i cor hois ascē
dit : q pparauit de9 his qui diligūt illū
nob reuelauit p spūm scm . sicut ptz
in iohe qui vidit secreta celestia . s .
dei cū esset i insula pathmos . Et pau
lus q rapt9 ē ad teraū cēlū : & vidit
bi ea q nō licet hoi loq . Et stephā9
vidit celos aptos : qre . qr fuerūt re
pleti spū scō . Itez spūs scūs vtilis ē
pfectis & otēplatiuis : qr ei dulce
die refiat eos . Sap . xij . O q suauis
es dne & c . Ecci . xxxij . Spūs me9 sup
mel dulcis : & talis dulcedo spūs sci
cordis iubilū generat . Ephes . v . Im
pleamini spū scō . & seqtur . Loqntes
vobismetipsis i psalmis . ymnis . & cā
tibus spūalibus cantātes & psallētes
in cordibus vris . Tale iubilū sentiri
pt & explicari verb nō pt . Aug9 . In
troduas me aliqñ dne i affectū mīrtū
iusitatū itroitus : nescio qd aliud erit

vita eterna si ista nō erit. Hugo de sancto victore ōt in psona aīe. Quid illud dulce in recordatione dei qđ ali quādo me tāgē solet ⁊ tā vehemēt et suauit affice: vt iam tota a me ali enare imapiā: subito eñ innouor: ⁊ bene mihi dē imapit vltra q̄ loq̄ suf ficiā. exultat amim⁹. cor illūmaē. desi deria iocūdanē. in obliuionē vemit ō mū preteritor⁹ dolor⁹ perpessio: ⁊ nē scio vbi sū. Ser. Si vna gutta eēne dulcedis ita mebriat: q̄ vbi hō sit to taliter nesciat q̄d erit i regno celor⁹ vbi bibem⁹ de fonte totius dulcedis fluēti sine fine: Hogem⁹.

Feria tercia. Sermo. Ci.

HVr nō vemit misi vt furetur. Jo. x. Moraliē possunt ista v̄ ba tripliciē expōm: quia sūt tria genera furū. scz diabol⁹: mōs. et hō mal⁹. Prim⁹ fur isidiaē amme et mtiē ei auferre ōtutes ⁊ bona qui b⁹ aīa in presenti reficiē seu ornaē. ⁊ sic ablatis eis mtiē eam mactare siue mortificare. ⁊ ideo nō solū est fur sed eaā latro. Osee. vj. Fur ingressus ē spoliās: latrūculus foris. q. d. Dya bol⁹ ingrediē occulte domū aīe tāq̄ fur. ⁊ spoliat eā bonis opib⁹: ⁊ tunc quasi latrūcul⁹ manifeste ocadit am mā sicut latro corp⁹. vnde Job xxiij Mane p̄mo cōsurgit homiada ⁊ iter fiat egrotū ⁊ pauperē ⁊ p nocte erit quasi fur. Nā eñ aliquādo hō corpo raliē interficiē: videm⁹ q̄ aīam mise rā spoliat ⁊ nudaz deserit ū aduerti m⁹. Propē hoc ōr Apoca. iij. Ecce ve mit q̄si fur. btūs q̄ vigilat ⁊ custodit vestimēta sua ne nud⁹ ambulet. Ve stimēta aīe sunt ōtutes ⁊ bona opā que mtiē dyabolus nō furari solū sed ocidē Vnde btūs petr⁹. i. Petri. v. monet nos dicēs. Frēs sobri estote et vigilate. q̄ aduersari⁹ vester dia bol⁹ circuit vos: tanq̄ leo rugiens q̄ rens quē deuoret: cui resistite fortes

in fide. ⁊ q̄ dormiētes i pcto deuorat Vnde ōt Jhere. in psona pcōris dāp nati Comedit me. deuorauit me. ab sorbuit me sicut draco. Jhere. li. Se cūd⁹ fur. s. mors ille insidiaē vite fur eñ vit cū minime putaē: sic ⁊ mors Apoca. iij. Si nō vigilaueris vemā ti bi tanq̄ fur. p. Thessa. v. Dies dñi. i. hora mortis sicut fur ita vemet in no cte. Grego. Cōditor noster diē mor tis nostre incertū nob esse voluit: vt quādo semp ignoraē: semp primus esse credaē: ⁊ tāto q̄sq̄ fit feruētior i opatione: quāto icertior ē de vocatō nē Ideo monet nos domin⁹ cōtra in certitudinē mortis Mathei. xxv. Vi gilate: q̄ nescitis diē neq̄ horā Hoc autē scitote qm si sciret paterfamili as q̄ hora fur vemret vigilaret ⁊ c. Ser. Certū est q̄ morieris: sed icer tū est quādo vel vbi. Sene. Mors ti bi insidiaē in oī loco. tu q̄ si sapiēs fueris: vbiq̄ eā expectabis Vnde le gie q̄ iohānes patriarcha ostitueāt sibi qnendā famulū q̄ frequēter vit ad eum cū esset in loco horis dicens. Domine iperfectū est sepulchr⁹ tuū: iube ego pfia: q̄ cito morieris? Ter cia⁹ fur est hō mal⁹. ⁊ sūt q̄tuor gene ra hoim qui fures vocaē. Primi sūt mali plati qui pce vel preād vel suasi one: vel alio quocūq̄ falso mō: ⁊ nō scōm deū vel iusticiā vemūt ad plātu ras q̄ non q̄rūt laudē dei ⁊ salutē pxi mi: sed tm suā ⁊ suor⁹ vtilitatem. De quib⁹ dicit domin⁹ in euāgelio hodi erno. Joh. x. Qui nō intrat p ostiū in ouile ouiū ⁊ c. Secūdo ōr fur qui rem alteri⁹ furtiue accipit ottra pcepp tū dñi. Exo. xx. ⁊ Deutro. v. Nō fur tū facias. vbi scōm Glo. phibuit ō nē vsurpatōez aliene rei. Nō ei rapi nā. nō fraudē. nō vsurā oēssit q̄ fur tū phibuit. De illo fure q̄ aliena ra pit ōr Eccl. v. Sup furē ē ofusio quā do fur opḥēdit ⁊ punit. ⁊ pma seroz

qñ. s. suspendiē. Propē hoc dicebat Salomō Prouer. xxx. Mēdicitatē ⁊ diuitias ne dederis mihi ⁊ c. ne forte satiat⁹ alliciar ad te negādū. Tercio dr fur hō detractor: q̄ post tergū hoīs furaē sibi hōrē p detractionē. De quo Ambro. Tolerabiliores sunt fures q̄ vestes ⁊ alia nrā hō diripiūt q̄ fures q̄ famā nrām lacerāt. Cui⁹ ratio pōt esse. Quia dr Prouer. xxij. Melius ē nomen bonū q̄ diuitie multe. sup ar gētū em̄ ⁊ aur hō grā. nomē bonū ē fama hō. Qui ergo pximo suo p mēdaciū ⁊ detractionē aufert bonā famā. pi⁹ ei nocet q̄ si multa hō ei furaret. Nam hō tpalia amissa pñt recuperari. hō fama amissa nunq̄ vel raro in vita ista recupaē. Vñ debet hō multuz timē. Sap. i. Custodite vos a detracti one pcte lingue Cathp. Virtutē pri mā puto eē cōpescē linguā. Vñ ps. Dñe libera aiam meā a labijs iniq̄s et a lingua dolosa. Quarto dr fur q̄ rē alienā iuito dño dolose ptractat. Vñ ait lex. Furtū ē cōtractio rei alie ne fraudulosa inuito dño. Vñ si q̄s acapit equū vel rē alteri⁹: ⁊ vtē ea ad vsus suos inuito dño furtū omit tit eā si ad alios vsus q̄ cōcessa sit. Itē si q̄s acapit equū vel rē accōmo data ad certum locū: ⁊ ipē vltra pce dit cū illa re inuito dño: furtū cōmit tit. Itē q̄ rē sibi ad vtēdū accōmoda tā alijs accōmodauerit. Itez q̄ rē p pignore sibi obligatā vtē iuito dño suo. Itē q̄ vtē re aliena. ⁊ psumit fir miē q̄ dñs sibi bñ fauet. Et si sciret si bi nō placē: nullatenus re sua vti vel let: furtū nō cōmittit. Et breuit vbi q̄q̄ inuenies ptractionē rei aliene factā cōtra volūtatē dñi itelligit fur tū cōmissum. Cū aūt furtū cōmissum fuerit i vsu rei: tm̄ teneē fur ad resti tutionē illi⁹ vsus. Si āt aliq̄s vtitur re aliena nesciēte dño. ⁊ putat dñm nolle. ⁊ sic ē furtū qđ cōmittit q̄ntū ad intentionē ⁊ pccat mortaliē: sed non tenetur ad restitutionē ⁊ domi n⁹ potest petē: obstante sibi sua volū tate. Rogemus ⁊ c.

¶ Feria quarta Ser. Cij.

AMen dico vob. q̄ credit i me hz vitā eternā. Joh. vi. In istis vbis dñs duo facit. Pri mo hortaē nos ad fidei xpiane obser uantiā cū diceē. Amē dico vob. Secū do ostēdit ipsi⁹ fidei remunerationē cū dicitur. habet scz vitā eternā. Cir ca pmū notandū q̄ fides multū necā ria est. ⁊ hoc pter multa. Primo q̄ fides est fundamētum ommū bonor operum. ⁊ sicut sine fundamēto nul lum op⁹ stabile esse pt ⁊ permanēs sic sine fide nulla bona opera persistē poterūt ⁊ permanere. Isa. vij. Si nō creditis nō permanebitis. Vnde Au gustin⁹ Ruinam videtur querē qui sine fide vult edificare. Joē. Et sicut rami sine vtute radicum arescūt. ita quelibet opera licet bona videātur. nulla sunt si a soliditate fidei distin guūtur. Et sicut i radice arboris nul la prorsus appaēt species pulcritudi nis. ⁊ tamē quitq̄ ē in arbore pul chritudinis ⁊ decoris de ipsa pcedit. sic ex fidei humilitate quitq̄ est me riti. quitq̄ vere beatitudinis ex fide procedit. Secundo: quia fides hoies filios dei efficit. Johan. pmo. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Gala. iij. Omnes filij dei estis per fidem. Si autem sum⁹ filij sum⁹ ⁊ heredes. Om nes autem infideles sicut iudei ⁊ paga ni ⁊ mali xpiani sunt filij diaboli ⁊ hereditatem suam scz infernū possi dēbūt. Johānis tercio. Qui autem nō credit. iam iudicatus est supple ad eternam damnationē. Marci vltimo Qui non crediderit condemnabiē. Tercio quia sine fide ꝺo nō possum⁹ placere. Hebreorum vndecimo. Si ne fide impossibile est deo placere.

Ecci .i. Beneplacata ē deo fides. Vñ propt̄ fidē maria placuit deo. Lu. p. Beata es q̄ credidisti: qm̄ pficietur oia ī te Aug. Beatior fuit maria pcipiendo xpi fidē: q̄ concipiendo xpi carnē. Quaterna em̄ xp̄m q̄tras mhil̄ marie pfuisset: misi xp̄m felicius corde q̄ carne gestasset. Ephe. iij. Per fidem em̄ xp̄us habitat ī cordib⁹ vestris. Quarto p fidē oēs īmicos nostros vincere possum⁹. Hostis noster est mūdus. hūc vincim⁹ per fidē .i. Jo. v. Hec ē victoria q̄ vincat mūdum fides nr̄a. Hebre. xi. Sācti p fidē vicerunt reḡ Glosa. Qui ī ītimo cordis amore fidē recepit: q̄cūq̄ ingruat extra facile vincat. Secūdus hostis ē diabol⁹ Istū eā vincere possum⁹ per fidē. p. Pet. v. Aduersari⁹ vester diabolus ꝛ̄ ē. cui resistite fortes ī fide. ij. Para lipo. xx. Cōstēter state videbitis auxilium dn̄i sup vos. Et ideo statutū est. q̄ nocte ꝛ die diabol⁹ nob̄ ītendi atur. Qui in ītio noctis .i. cōpletorio. ꝛ ī ītio dei .i. in p̄ma semp̄ symbolū dicim⁹. vt p hoc diabolū a nob̄ repellam⁹. Non em̄ pōt esse pñs vbi symbolū legere audit. Ideo religiosi solēt legere symbolū sup frēm agonizantē ad fugādum demonē qui maxime hoiem ī fine p infidelitatē tentat. Sanctum aūt q̄ symbolū .i. credo in deū in quo cōtinētur xij. articuli fidei cōposuerūt xij. apostoli anteq̄ diuiderentur. Legitur em̄ in euāgelio Marci. vltō. ꝛ in actib⁹ apl̄oꝝ ꝛ in scolastica hist̄oria q̄ in die ascēsionis apparuit dn̄s vndecim apl̄is: ꝛ dixit eis. Ite ī mūdum vniuersū ꝛ p̄dicate euāgeliū. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fuerit salu⁹ erit Et postea iussit eos ire ad montē oliueti: ꝛ ibi ipsis videntib⁹ ascēdit in cel̄ū: ꝛ redeuntib⁹ ihr̄m expectātib⁹ sp̄m scūm vel expectātes sp̄m scūm elegerūt beatū Mathiā ī apl̄m: ꝛ sic facti sūt undecim. Cū aūt accepissent sp̄m sanctū: priusq̄ diuiderētur in vniuersū mundū cōposuerūt symbolū. Petrus dixit. Credo in deū p̄rem oipotētem creatorē cel̄i ꝛ terre. ꝛ notabl̄r dr. credo ī deū. Nā aliud ē credē in deū aliud credē deo. aliud credē deum. Beda. Credē deuz est credē q̄ ipse deus ē: qđ eā ipsi mali credūt Jacobi. ij. Tu credis q̄ vn⁹ deus ē: ꝛ bñ facis. demōes credūt ꝛ cōtremiscūt. Deo credit: q̄ credit esse vera q̄ locutus ē. vel q̄ credit esse vera q̄ de deo dicūtur. Hoc similiter facūt mali homines ꝛ diaboli. Aug⁹. Credē in deum ē credēdo deum amare. credēdo in eum ire. credēdo ei inhrē ꝛ membro ei⁹ incorporari. Ex his ptz q̄ qui pccādo se deo opponit ꝛ a deo recedit: mētitur cū dicat. Credo in deum. Seq̄tur patrē oipotētez. Magnū est nob̄ solacium q̄ de⁹ pater noster ē: et ideo nequaq̄ nos delinquet: ß oia necessaria: sicut pater filio puidebit nob̄. vnde fidē vrā non hūt illi q̄ fame putāt morituros. Sequit creatorē cel̄i ꝛ terre supple. cū oib⁹ que ī eis contēta sūt. qđ est otra hēticos qui dixerūt q̄ inuisibilia creasset de⁹ diabol⁹ vero visibilia. Ideo cātatur dn̄ica die visibilium oim̄ ꝛ inuisibilium. hucusq̄ dixit Petrus apl̄s. Nam btūs Paul⁹ apl̄s qui iurta petrū solet pm̄ adhuc nō erat electus in apostolū: ꝛ non habet articulū in hoc symbolo. Deinde dixit andreas. Credo in ihesū xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nostr̄. ꝛ ē sensus q̄ xp̄s est filius dei vnic⁹ ꝛ est dn̄s noster. ꝛ hoc duplici racione. pmo q̄ nos fecit. secūdo q̄ nos sanguine suo redemit. et ideo nos ei merito fuire debem⁹ et eius p̄ceptis magis obedire q̄ hoīb⁹. Actuū. iiij. Obedire dō oportet magis q̄ hoīb⁹. Jacob⁹ maior dixit. Qui cōcept⁹ est de sp̄u sancto

Dominica secūda. Ser. Cx.

In hoc cognouimꝰ caritatez dei qm̄ ille ꝓ nob animam suaz posuit ⁊ nos debemꝰ animā pro fratribꝰ ponere. ꝑma Jo. iij. In epistola precedentis dominice hortabatur nos Johannes ad dilectionez dei In epistola hodierna hortaē nos ad dilectionem ꝓximi docēs nos ita diligere proximum sicut nos christꝰ dilexit. Sciendum autem qꝺ debemꝰ diligere proximuz triplicter. Primo integraliter id est ex toto corde ⁊ ex tota anima sicut christus magister noster dilexit nos. Jo. xiij. Ego magister ⁊ dominus exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita et vos faciatis mutuo ⁊ sicut ego dominus dilexi vos ex toto corde ⁊ ex tota anima: ita ⁊ vos debetis facere Joh. xv. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos Diligere debemus ita itegraliter qꝺ omnia que habemus corpus ⁊ res pro ipso exponere debemus sicut deꝰ dilexit nos vt vitam suam ꝓ nobis poneret. sic ⁊ nos facere debemus si cut dicitur in epistola hodierna. In hoc cognouimus caritatem dei. quoniam ipse pro nobis animam suam posuit: ita ⁊ nos debemꝰ animas ꝓ fratribus ponere. Et etiam res temporales exponere debemus propter dilectionem proximi exēplo christi: qui dicit per prophetam Jhere. xij. Reliqui domum meaz dimisi hereditatem meam dedi dilectam animaz meam in manibus inimicorum meorum. ij. Chorī. viij. Pro nobis factꝰ est egenus cum dives esset: vt nos diuites faceret. sic ⁊ nos debemus pro fratribus exponere omnia que habemus in necessitate. ꝑma Jo. iij. Qui viderit fratrem suum necessitatem patiētem ⁊ clauserit viscera misericordie ab ipo: quomodo caritas

dei manet in illo. quasi diceret. non manet in illo. Grego. Qui tempore tranquillitatis non dat tumicam ꝓximo suo quomodo in persecutione daturus est animaz suam. Item diligere debemus proximum ex toto corde integraliter. Ita qꝺ de bono eiꝰ gaudeamus ⁊ de malo eius doleamus. Augꝰ. Quantum quisq; alium diligit tantum de bono eius gaudet. Sic nos dilexit christus ⁊ tota curia celestis quia gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Lu. xv. Item de damno proximi debemus dolere: sicut christus supra Jherusalem fleuit. Lu. xix. Apostolꝰ prima Pe. iij. Estote compatientes fraternitatis amatores. Gregorius Tanto quisq; magis perfruatur quāto perfectius sentit dolores alienos sic compatiebatur. Job xxx. Flebam quondam super eo qui erat afflictꝰ Secundo debemus diligere proximū sapienter. Ita qꝺ omnes diligamus et tamen vicia eorum odiamus scz quemcumq; diligamus eius vicia odiamus nec in vicijs eius consentiamus. Nunq̄ debet aliquis diligere alium intantum qꝺ propter eum peccatum cōmittat. Sed taliter dilexit adam euam vxorē suam. Augꝰ. Ne eam contristaret peccato consensit. Sic herodes: ne filiam herodiadis cōtristaret Johannem decollari fecit. Tales sunt qui propter amicos peiurant vel alia peccata cōmittūt: potius deberet homo omnes amicos suos patrem ⁊ matrem ⁊ filios seipsuz et omnia que habēt amittere ⁊ morti se exponere q̄ peccare. Exemplum habemus ij. Macha. vij. de muliere cum septem filijs qui volebant ōma tormenta sustinere potiꝰ qꝺ prohibitas carnes comederent contra legem. Tercio debemꝰ diligere proximum perseueranter. Prouer. xvij. Omni

tpe diligit q̃ amic⁹ ẽ. ſ. pſperitatis et aduerſitatis. Sz q̃dã ſũt q̃ tm̃ diligũt proximos in tẽpore pſperitatis quãdo homo hz dare aliquid. hos vocat Salomõ aĩcos mẽſe. Eccl. vi. Eſt aũt amic⁹ ſoc⁹ mẽſe ⁊ nõ pmanet in tpe neĩtatis. Tales ñ diligũt pximos ſ̃ lr̃ eox ⁊ ſũt ſimiles camb⁹ qui diligũt oſſa ꝓ carnes ⁊ qñ oſſa ſũt ſine carne os relinquũt. vñ Gre. Cũ q̃s i pſperitate poſit⁹ diligit: icertũ eſt valde: vtq; pſperitas vel poſſeſſio diligat. Amiſſio em̃ felicitatis mentẽ pbat diligẽtis. Qui ei i aduerſitate pximũ deſerit. apte ognoſcit q; hũc i pſperitate nõ amauerit: ſ̃ lr̃ ſua. Tales ſimiles ſũt pulᷣ vulpiũ q̃ diligũt mrẽm q̃ diu hz lac. ſ̃ qñ nõ muemũt lac: lacerãt vbera e⁹ dentib⁹ ⁊ q̃ſi alienã reputãt. Nõ em̃ ſic filꝫ dei diligẽ dñt. nã xp̃s nõ diligit ſic ipſe em̃ diligit pauperẽ ſicut diuitẽ. nobilẽ ſicut ignobilẽ. q; nõ ẽ pſonaꝝ acceptor deus. Jp̃e ei diligit petrẽ pemitẽtẽ. i. pmitẽtiã agẽtẽ ſicut illũ q̃ nunq̃ peccauit. Exẽplũ i filio prodigo Lu. xv. Ho.

De eodem Ser. Cxi.

Homo q̃dã fecit cenã magnã et vocauit mltos. Lu. xiiij. Iſte hõ deꝰ ẽ. q̃ p nob factꝰ ẽ hõ. Homo q̃dã. i. xp̃s q̃ dr hõ ex hole generat⁹ ꝑs. Hõ nat⁹ ẽ in ea ⁊ fundauit eã altiſſim⁹. Cũ hoib⁹ cõuerſat⁹ Baruch. iij. poſt hoc in terris viſus ẽ p hoib⁹ ⁊ cũ hoib⁹ cõuerſat⁹ ⁊ imolat⁹. Jo. xij. Expedit vob vt vn⁹ moriatur hõ p pplo. ⁊ c̃. q̃ fecit cenã magnã. i. etnã iocũditatẽ ⁊ pauca vemũt. Sed dũ aũt q; dñs vocat nos ad regnũ celoꝝ multis modis. Primo p bñficioꝝ largitionẽ. Isa. xlix. Dominꝰ ab vtero vocauit me. q. d. Ab illa hora qua conceptꝰ fui in vtero matris mee iccepit mihi dñs beneficia ſua i pendẽ vt ſic me ad ſe vocaret. Nam primo quãdo hõ cõceptꝰ eſt. deꝰ dat ei ãimã rationalẽ ⁊ formã humanã ſupra õnes creaturas pulcherrimã. Bernar⁹. O homo cogita qualiter te fecit deꝰ. nempe ſm corꝰ egregiam formã: ſm aimã. imagine creatoris mſignem. Sed heu tu ſtulte. tu auarẽ. tu luxurioſe deũ qui te genuit dereliquiſti ⁊ oblit⁹ es dñm creatoris tui. tamẽ dicat dñs reuertẽ ⁊ ego ſuſcipiã te. Itẽ dedit tibi dona naturalia. tpoalia. ⁊ ſpũalia. vt te allicat ⁊ vocet ad eternã vitã. Que aũt iſta naturalia. tpalia. ⁊ ſpũalia. ſũt. Hegre dicta pma p̃ timitatẽ in ſmone. Diligam⁹ deũ. Iſti vocatiõis ñdẽ dũ ẽ p grãꝝ actiones: ꝑs. Cantate dño in vita mea q̃ bona fecit mihi. Sz aliq̃ ſũt q̃ iſta bñficia nõ attẽdunt nec regratiãtur. De q̃b⁹ dq̃rit dñs. Prouer. i. Extẽdi manũ meã. ſcz ꝑ dona largitionẽ nec fuit q̃ aſpicẽt in eã p grãꝝ actionẽ. Exẽplũ i filꝫ iſrl̃ q̃b⁹ multa bñficia cõtulit vt eũ colerẽt ⁊ poſt deos alienos nõ irẽt. Secũdo vocat dñs p nũcios ſuos. ſ. predicatores. Isa. xiij. Ego mãdaui ſanctificatis meis. i. ſanctis ꝓdicatoribus q̃ cõfortũt in ſua fortitudine. ſcz ad offitiũ predicatiõis in ira mea. ſcz vt predicẽt iram meã mũdo. vnde Mar. vlti. Euntes in mũdum vniuerſum ꝓdicate euãgelium õni creature. id ẽ omni hymi. ꝓpter que homo factꝰ eſt ⁊ õnis creatura facta eſt. ⁊ que dominũ ommũ creaturaꝝ cõſtituit. Qui crediderit ⁊ baptiſat⁹ fuerit ſaluus erit. qui vero nõ crediderit condemnabit. Et ſicut tunc miſit apoſtolos: ſic nũc mittit ꝓdicatores. Qui ergo recipit ꝓdicatorẽ ⁊ vbũ dei. i. verbũ ꝓdicatoris. deũ recipit. Lu. x. Qui vos audit me audit: ꝓpter iſtud officiũ. ſcz vt ꝓdicaret venit ihesus in mũdum ꝓdicando peccatores ad regnũ celorum vocarẽt. Luce. v.

Cuncq; hic vocasset matheū de theloneo comedit cū eo ⁊ murmuabāt de hoc phariſei q cū pctōribus comederet. Et tñdit ihesus. Non veni vocare iustos ſed pctōres ad pēitentiā. Vñ dixit martha ad mariam. Magister adest ⁊ vocat te. Jo. xi. Et q̄d tūc fecit p ſe nūc facit per p̄dicatores ⁊ q̄ eos ſpernit deū ſpernit. Lu. x. Qui vos ſpernit me ſpernit. ⁊ vos recipit me Sed q̄dā ſunt q̄ hanc vocationē non audiunt q̄ ſe ſurdos faciūt ad vocem predicatoris ſicut ſerpes ad vocem incātatoris q̄ obturat aurē vnaz ad terrā aliā cauda Per terrā ſigmfica tur terrena ſubſtātia. Per caudam ſpes lōgioris vite. Jſta duo multos faciūt ſurdos ad vocē predicatoz. talib9 dicit Prouer. i. Vocaui ⁊ renuiſtis. ſcz vocaui p p̄dicatores me os ⁊ rēnuiſtis venire. Pſal. Labora ui ſcz in crucē pendēs vbi caro cruciata tāq; i reclinatorio vſq; ad emiſſionē ſpūs pcepit. Rauce facte ſūt fauces mee mutiliē clamando. Tali b9 etiam cōminat. Jſa. lxv. Oēs i cē de corruetis p eo q vocaui ⁊ non rñ diſtis mihi. Tercio vocat p interna inſpiratione. Oſee. ij. Loquor ad cor eiꝰ .i. cū alicui aliquas bonas cogitationes infūdit. ſcz q̄n imapit cogitare p̄ntis vite inſtabilitatē mortis incertitudinē mūdi falſitatē pctōris damnōlitatem ifernī acerbitatē diuine glorie immēſitatē ⁊ diuinā benignitatē. Illa ē vox dñi loquētis ad cor bis ⁊ aduocantis eū quā debem9 libēter audire. Pſal. Audiā quid loq̄tur in me dñs deus meus qui ſtat ad oſtiū cordis ⁊ pulſat. Apoc. iij. Ego ſto ad oſtium tuū ⁊ pulſo. Sed multi ſūt qui hāc vocationem audire nolūt. Talib9 dicit. Prouer. p. Deſpexiſtis omne conſiliū meū ⁊ increpationes meas neglexiſtis. Ego q̄q; in interitu veſtro ridebo. Quarto vocatus

per tribulationē ⁊ flagellationē tāq; per nūcios q̄ ſunt ſigna ſalutis. Sap. xvi. Ad correptionē in breui turbati ſunt hñtes ſigna ſalutis. Hebre. xij. Flagellat oēm filium quem diligit. Pſal. Multiplicate ſūt infirmitates eoz poſtea accelerauerūt. Grego. Mala quē nos hic premūt ad deum ire cōpellūt. Exemplū in filio prodigo Lu. xv. Iſti figurati ſunt p Joab cui miſit abſolon nūcios rogās eum venire ad ſe ⁊ nō venit tandē miſit fortes nūcios ſuos ⁊ ſuccendit segetes eius et tūc venit dicēs quare hec fecīſſet qui ait. Aliter te habere nō potui ſic quidā vocati p nūcios .i. per predicatores nolūt venire. Tandē ſuccendit dñs segetes eiꝰ .i. immittit eis tot tribulationes ⁊ infirmitates q̄ eos venire oportet. Exēplum quidā miles rogabat quendā dum egrotaret vt deū p ſe oraret vt ſanitatē recapet. Et queſiuit ab eo vir ſanct9 vtq; melior ⁊ deuotior eſſet in infirmitate vel in ſanitate ⁊ dixit miles. In infirmitate deū frequētius inuoco q̄ in ſanitate. In ſanitate obliuiſcor multotiens. Rñdit vir ſanct9. Oro ergo deum vt ſeruet te in eo ſtatu in quo melior es ⁊ ſic ille infirm9 manēs penitentiā egit ⁊ vitā ſuā in bono finiuit. Rogemus ⁊ c̄.

Dominica iij. Ser. Cxij.

Vmiliamini ſub potēti manu dei vt vos exaltet in tempore viſitationis .i. in die iudicij prima Pe. vlti. In vbis p̄poſitis fratribus petrus duo. Primo hortat nos ad humilitatē. Secūdo oſtēdit humilitatis vtilitatē. Primū ibi. Humiliamini ſub ⁊ c̄. Secūdum ibi vt nos exaltet in tempore viſitationis. Sciēdum autez q̄ multiplex eſt humilitatis vtilitas. Prima eſt q̄ facit hominem deo dilectum ⁊ acceptū. Jhero. Nihil eſt autem q̄ nos deo ⁊ hoibus

ita gratos facit ꝙ ꝙ per vitā magne humilitatis sum⁹ infimi. Per. In alto nō altum sapere. sed humilib⁹ cō sentire. nihil deo carius nil apud homines ratius. nō est magnū humilē esse in abiectione. Magē prorsus hūilitas est ⁊ rara virtus: adeo placet deo humilitas ꝙ sine illa nulla tō sibi placent. Per. Sine hūilitate audeo dicere nec virginitas marie deo placuisset Exemplū in saul. i. Re. xv. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis caput i tribub⁹ isrl̄ fact⁹ es sc̄z rex. Postea cum supbire cœpit p inobedientiā abiect⁹ est. Itē in dauid q̄ minimus fuit inē frēs suos ⁊ dñs eū in regē elegit. Nota hystoriā p̄mi Re. xvi. Cūo dñs dixit ad Samuelem. Inuenī virū ꝑm cor meū ⁊ misit eū ad domū yesse vt vngeret vnū de filijs suis in regē. Cūq̄ venisset ad domum eius: erat dauid in pascuis cū gregibus. Et statuit Samuel alios filios suos septē ante altare. ⁊ vidit samuel helyab pulchꝝ ⁊ pcēr estimabat eū futurū regē. Et ait dñs. Ne respicias vultū eius neq̄ altitudinē staturę eius. Ego non corpis pulchritudinē eligo sed animi virtutē. ⁊ vocauit samuel aliū filium: ⁊ dixit dñs. Nec hūc eligo: ⁊ sic statuit oēs. Et ait samuel. Nullum ex his elegit dñs: nūquid cōpleti sūt filij tui. Qui rñdit. Adhuc est reliqu⁹ paruul⁹ ⁊ pascit oues: qui cū adductus fuisset/vnct⁹ est in regē. Ecce qūo dauid placuit deo p humilitatē ꝙ dixit. Inuenī virū ꝑm cor meū ⁊ fecit eū regem Sed̄ deo humilitas sentētiam dei iam latā mutat. Exemplū in rege Achab. in Re. xxi. Cum achab occidi fecisset naboth ꝓpter vineā suā occurrit ei Helyas dicens. Hec dicit dñs. In loco hoc in quo linxerūt canes sanguinē naboth. lambent. i. lingēt ⁊ tuū. Cū aūt audisset achab verba hec: scidit vestimēta sua ⁊ cooperuit ali[c]ad carnē suam: ieiunauit: dormiuitq̄ i sacco ⁊ ābulauit demisso capite. Et ait dominus ad Helyam. Nonne vidisti achab humiliatū coram me. quia humiliat⁹ est mihi. ideo nō inducam in diebus suis malum. Dominus enim fortis sicut leo. Leo em̄ sibi animalia repugnātia lacerat. subiecta vero abire permittit. Sic deus humili parcit. superbū p̄sequitur. Ipse est leo de quo dicitur Apoc̄al. v. Ecce vicit leo ⁊ c̄. Tercio humilitas grām ꝓmeretur i vita p̄nti. p. Petri. v. Superbis resistit deus. humilib⁹ autem dat gratiā. Sicut em̄ aque descendūt montis ⁊ fluunt ad valles: sic deus descendit supbos. id est grām eius nō infundit. sed venit ad humiles. Aug⁹. Alta siccant̄ ima replētur. Humilitas ei est aqueductus per quā gratia venit ad hominem. Bernard⁹. Ideo fluēta gratie tāto tempore defuerūt. ꝙ nōdum intruemit aqueductus. Per aqueductum intelligas beate Marie v̄ginis humilitatem ꝑ quā venit nobis gratia de celo ⁊ nemo potest accipere gratiam nisi p humilitatez. Aug⁹. Quāto maria magdalena humilis ad pedes dñi sedebat tāto magis de grā ei⁹ capiebat. Exē. Legit̄ i vitasp̄atū q̄ quidā frat ieunabat septuagīta ebdomadas. petēs a deo vt reuelaret sibi q̄ndā ꝼmonē scripturar̄ quē ignorabat ꝑtēnēs ab alijs fratrib⁹ interrogare ⁊ cū nō fuisset sibi reuelatū. Exiuit ad q̄ndā frēm vt inq̄rēt ab eo Et occurrit ei āgel⁹ dicēs Septuagīta ebdomade q̄s ieiunasti nō fecerūt te dignū reuelatiōe diuina ⁊ grā. Nūc aūt q̄ hūiliasti te vt ad frēm p̄rgēs ⁊ req̄rēs missus sum a deo tibi reuelare et sic fuit sermo reuelat⁹. Quarto humilitas meretur gloriā in futuro. Job. xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit i gloria. ⁊ qui inclinauerit oculos suos

ipse saluabit. Mat. xix. ⁊ Lu. xviij. Sinite paruulos ad me venire: talium enim est regnum celorum. Mat. xviij. Nisi conuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Ser. Ascende per humilitatem ad sublimitatem ⁊ hec est via ⁊ non alia per ipsam q̄ aliter vadit potius cadit q̄ ascendit. Lu. xiiij. ⁊ xviij. Qui se humiliat exaltabit: ⁊ q̄ se exaltat humiliabit. Exemplum dñe q̄dam nobilis mortuo marito relictis omnibus claustrum intrauit monialium ⁊ itantum se humiliauit vt coquine se dedit: ⁊ dia vilia officia humiliter faciebat. Accidit q̄ abbas adusitandas eas aduenisset. Cumq; oes vocate essent. Illa tanq̄ vilis ⁊ despecta no est vocata. Cumq; abbas quesiuisset vtq; oes essent vocate ⁊ ibi esset: dixerunt q̄ sic preterq̄ vna q̄ coquina custodiret. Tandem illa vocata: licet immundo vestimento maculato sicut in coquina vtensilia scutellas ⁊ ollas mundabat ⁊ deformis: aliis deridentibus Et ecce abbas ille vidit eam coronatam ⁊ duo angeli comitabantur eam. Quod cum abbas illa retulisset egerunt penitentiam q̄ ea vilipendebat ⁊ multam reuerentiam ei exhibuerunt que honorem illa ferre non valens yeremum intrauit ⁊ vitam austeram ducens. a dño est vocata in celos ⁊ coronata. Quinto humilitas ita dñi placat ⁊ miaz petentium ipetrat Sap. vi. Exiguo conceditur misericordia. Dauid humiliter confitens petiit suum audiuit a pheta. Trastulit dñs petm tuum. Nota hystoriam secundi Ke. xij. Psal. Cor contritum ⁊ humiliatum non despicies deus. Rogemus. ⁊ c.

De eodem Ser. Cxiij.

Gaudium est coram angelis dei in celo sup vno peccatore pniam agente. Lu. xv. In vobis istis commendat pnia ex eo q̄ angelos dei letificat. Sunt autem plura q̄ hoiem ad pniam puocant. Primum est gaudium angelorum sicut patet in parabola de oue perdita. Secundum est optunitas tpis: quia modo est tps penitentie. Apls. ij. Chor. vi. Ecce nunc tps acceptabile. q. d. quodiu sumus in hac vita possumus peccata per pniam delere. Sed post hanc vitam nequaq̄: ⁊ hoc est quod iurauit angelus per viuentem deum q̄ post tps illud non erit tps aliud penitentiaz agendi Apoc. x. Ser. Nequaq̄ tunc venia inueniret quia modo aptum tempus perdidit. Ideo debemus modo penitere: quia nescimus an hodie vel cras veniet q̄ nos de penitentia neglecta arguet. Apo. ij. Age pniam si quo minus cito veniam tibi. Ser. Penitentiam venia sponsorit: viuenti aut crastinum diem non promisit. Exemplum de tarde penitentibus scribit beda. Quidam tpibus adriani regis erat in curia eiusdem regis miles quidam robustus ⁊ nobilis ⁊ totus seculo deditus qui nunq̄ vel raro confiteri consueuit. hic cum infirmaret amonitus a rege vt confiteret. Qui ait. Si mox confiterer ⁊ tunc conualuero de infirmitate deridebit me socii mei dicentes. q̄ ex timore dei confessus sum. Similiter die altera amonuit eum ⁊ tenuit. Tercia vice cum ia laboraret in agone venit rex ⁊ amonuit eum vt confiteret. Qui ait mox minus tarde est q̄ iam iudicatus sum ⁊ condenatus. Quodam ante itroitum vestre introierunt hic duo iuuenes pulcherrimi ⁊ speciosissimi ⁊ hntes libros pulcherrimos aureis litteris scriptos: in quo legi oma opa mea bona licet pauca. post hoc venerunt duo ethyopes nigerrimi portantes maximum librum in quo scripte erant oes cogitationes mee vba ⁊ opa ⁊ negligentie et dixerunt demones angelis q̄ recedere debent: quia nihil iuris ibi haberent. Tunc turbati angeli recesserunt ⁊ nunc demones stant sup me vnus ad caput ⁊ alius ad pedes: hntes gladium sup me ⁊ ia attigerit vsq; ad cor: ⁊ hoc dicto cre

p in

ꝑuit medi⁹ ⁊ expirauit. Attēdāt igitur pēnitētes ī hac vita pñti. Terauū est ꝺsideratio diuine mie q̄ semp ē pata pctōrē recipe ad pñam ⁊ ad misericordiam. ad ro. ij. An ignoras qm̄ benignitas dei ad pñam te adducat tāta ē dei mia q̄ pctā nō pñt tā multa esse. nec tā vilia. nec enormia. q̄n deus p pñam verā ꝺimittit. de multitudine pctōr ꝺicat Ezechie. xviij. Si impi⁹ egerit pñaz de pctis suis oib⁹ oim iniq̄tatū suaz q̄s opatus ē nō recordabor. Exēplū in maria magdalena cui ꝺimissa sūt pctā multa. Gre. Peccatorē cōuersū deus nō ꝺespicit qui pctōres redimē venit. De vilitate pcti. Exēplū de mulie in adulterio deprehensa cui ꝺixit dñs Nec ego te cōdemnabo vade āpli⁹ noli peccare Jo. viij. Itē in dauid q̄ post pctm̄ adulteriū p pñam miam dei inuenit ⁊ meruit. ij. Reg. xij. Similiē si iudas penitentiā egisset miam apud deū inuenisset Exēplū habem⁹ in btō Petro q̄ ter dñm negauit ⁊ tñ per pñam miam dei meruit. ⁊ sicut ꝺt Ihero. Pli⁹ offendit iudas deū in hoc q̄ ꝺespeauit q̄ q̄ ipsū tradidit. de enormitate peccati habem⁹ exēplū. Cū q̄dā mulier in adulterio suo essz ꝺelicta: cōsuluit vetulas quo virū suū p incātatiōes ad amorē suū retrahēt. ⁊ cōsultū est ei q̄ accepto corpe xpi in ore debeat eū osculari. Cuncq illa accepisset corpus xpi ⁊ in ore suo retinuissz ⁊ osculata fuisset illū: ipso nō aduertēte. ille aūt vidēs ipsam esse illā quā odiebat. leuato pugno pcussit eam ad dentes: ꝓpter qꝺ illa irata corp⁹ xpi ad trā proiecit ⁊ pedib⁹ cōculcauit Et ecce vox misericordie dei audita ē. O filia memento quāta p te passus sū. et noli me tursū crucifigē. Age pnitentiā de pctō tuo ⁊ ego ꝺimittā tibi quitq̄ peccasti. Qꝺ illa audiens lacrimabiliē flere cepit ⁊ clamauit. Miserere mei pie ⁊ misericors de⁹ fm tuā magnā misericordiā ⁊ occurrētibus populis peccatū suum cōfessa est. Et venies sacerdos leuauit corp⁹ domini. Ecce q̄ magna est dei mia. hec merito deberēt peccatorē ad pnitentiam prouocare. Rogem⁹ ⁊c.

Dominica quarta. Ser. Cxnij.

Non sunt cōdigne passiones huiꝰ tēporis ad futurā gloriam que reuelabiē in vobis. ad Roma. viij. In verbis istis facit apostolus duo. Primo hortaē nos ad tribulatiōis perpessionē. Secūdo ꝓmittit perpessionis retributionē. Primū ibi. Non sūt cōdigne passiones huiꝰ tēporis. Secūdum ibi. ad futurā gloriā que reuelabiē in vobis. Circa primū sciēdum q̄ libēter debem⁹ tribulationes sustinē. ⁊ hoc ꝓpter earum vtilitates. Prima est q̄ peccatorem excecatū in pctis illuminat. ⁊ ad suiipsi⁹ cognitionē inducit. Treno. iij. Ego vir vidēs paupertatē meam in vga indignationis ei⁹ quasi ꝺicēt Cum dñs tāgeret virgā indignationis ei⁹. id est tribulationes ⁊ angustias. tūc vidi .i. cognoui pauperta-tes meas .i. pauperē ⁊ miserabilē statum in quo fui ⁊ q̄ ꝺiu in pctis iacui. Grego. Oculos quos culpa clauserit pēna aperit. Hec illuminatio figurata fuit. Thob. xi. qui illuminat⁹ fuerat fellis amaritudine. Thobias ꝺicitur pretatur duct⁹ ad luctū: ⁊ significat pctōrez q̄ ad perpetuū luctū ducē si nō fuerit cōuersus ⁊ illūinat⁹. h excecat⁹ fuit stercore irūdmū p qꝺ significant fetida ⁊ turpia pctā q̄ excecāt hoiem ī aīa Sap. ij. Excecauit eos malicia eoz. hic pctōr illūinabitur amaritudie fellis .i. tribulatiōib⁹. ihe mitatib⁹ ⁊ āgustijs ⁊ castigationib⁹. Exēplū in rege nabuchodonosor qui nō cognouit sup se esse deū regē: nec

cognouit seipsū esse hoiem mortuꝫ
Illū voluit dns ad cognitōez dei sui
suiipsi⁹ reducere in hūc modū. s. per
tribulationē. Nota hystoriā Daniel.
iiij. Ipse enī iacēs in stratu vidit qn
dā arborē cuꝰ altitudo vsq; ad cœlos
et latitudo p totū mūdum extēdeba
tur sub ea bestie et volucres cœli ha
bitabāt et in ramis eiꝰ volucres ex
eo vescebant oīs caro: et vent āgel⁹ et
dixit. Succidite arborē illā et ramos
eiꝰ sed radices pmittetis in tra: forte
veniat vos et viuificat: et fugiant ab
ea bestie et volucres et cum feris erit
habitatio eiꝰ: cor eius ab hūano cor
de cōmutet et cor ferē dat ei et septē
tpa mutabūtur sup eū: et daniel ex
posuit ei sommū dicēs. Tu rex es ar
bor illa et potentia tua extēdit se sup
totū mūdum. et qz nō egisti deo tuo
grās de hoc ab hoīb⁹ deijceris: et cū
feris erit habitatio tua: fenū vt bos
comedes septē annis: donec scias qꝫ
dn⁹ regnet sup te. Quare audi cōsiliū
meū. Peccata enī tua elemosinis re
dime forsitan ignoscat tibi dn⁹ Cūqꝫ
nō emēdaret statū suū: post annū cū
quadā die ābularet in aula sua loq
batꝰ in spū elationis et gl'abatꝰ de ma
gna potētia sua dicēs. Nonne est hec
Babilon quā edificaui in potētia re
gni mei et in gl'a decoris mei. Et sta
tim venit vox de cœlo dicēs. Nabuchō
donosor regnū tuū trāstulit dn⁹ a te
et cū feris habitab septē āis donec
scias qꝫ dn⁹ regnat sup te. Eadē hoā
insan⁹ factus est et cucurrit ad heremū
et cū feris habitabat et fenū vt bos
comedit: et ablat⁹ ē sibi vsus lingue
et videbatꝰ sibi qꝫ bos esset in anteri
oribꝰ et leo in posterioribꝰ Multi egre
diebant ad eū et videbant eū in tali
miseria. Sol⁹ daniel orabat p eo et
ad pces eius septē anni mutati sunt
in septē mēses. In qbꝰ quadragīnta
diebꝰ insaniā patiebatur et p alios qua

dragīta reuersus ad cor flebat et sup
plicabat deū intantū cum lacrimis qꝫ
oculi eius qsi caro facti fuerūt: et sic
cōpleuit septē mēses lacrimādo Po
stea reuersus ad regnū: nō tū regna
uit: sed iudices p se cōstituit et vsq;
ad septimū annū pmitētiam egit. le
gumina et herbas tātū cōmedit Ecce
ptz qꝫ p tribulationes hō adducit ad
cognitionē dei et suiipsi⁹ Secūdo tri
bulatio peccatorē errantez ad requi
rendū deū adducat Isa. xxvi. Dne in
tribulatione visitauerūt te. Gre. Ma
la que nos hic premūt: cuiꝰ ad deum
ire cōpellūt. Istud figuratū est i Jo
ab qui noluit venire ad Absolon nisi p
us succēderet segetes eiꝰ. et tūc venit
ij. Re. xiiij. Absolon pulcherrim⁹ sig
nificat xpm. De cuiꝰ pulchritudine
dicit Psal. Speciosus forma p filijs
hoim Hic mittit nūcios suos ad ioab
.i. ad inimicos et significat pcōrez qui
est inimic⁹ dei Jaco. iiij. Amicicia hu
ius mūdi inimica dei ostituit. Istis
mittit dns nūcios .i. pdicatoēs pmit
tēs bona tpalia naturalia et spūalia
vt sic eū reuocēt: vt dicat dominica
secūda post festū trinitatis in fmōe.
Homo quidā. Sed qui p illos nūcios
rēnuit venire mittit nūcios suos et suc
cēdit segetes eiꝰ .i. immittit tribula
tionē et infirmitatē in seipō: in filijs:
amicis et boīs vnanimit vt sic cogat
hoiem vt coactꝰ veniat qui rogatꝰ ve
nire contēpsit. Exēplū in filijs isrl qui
bꝰ immisit dns tribulationes multas
angustias et captiuitates quando re
cesserūt ab eo ydola adorādo vt sic
eos reuocaret. Psal. Clamauerunt
ad dnm cum tribularētur. Jte multi
plicate sūt infirmitates eoꝝ postea ac
celerauerūt. Exēplū Judicū. iij. legi
tur qꝫ filij isrl fecerūt malū cora dno
et tradidit eos sub potestate eglon
regis moab qui afflixit eos xviij. an
nis ad dnm clamauerūt et misit eis

liberatorē Aoth qui liberauit eos. Judicū iij. Post hec peccauerūt ad
tātes bēal ⁊ tradidit eos in manus
madian septē annis clamauerūt ad
dñm ⁊ misit eis liberatorē Gedeon.
Judicū.vi. Postea adorauerūt baa
lim ⁊ tradidit eos domin⁹ in man⁹
philistiim q̄ꝛagīta ānis ⁊ clamaue
rūt ad dñm ⁊ misit eis liberatorem
Sampson. Judicū.xiij. Post hoc pec
cauerūt in dño ⁊ tradidit eos ī trās
migtionē babilonis septē ānos ⁊ cla
mauerūt ad dñm ⁊ liberauit eos sub
duce Zorobabel. sicut legit̄ p̄mo Es
dre.ij. Exēplū in filio p̄digo q̄ fame
cogēte reuersus ē ad patrē. Lu.xv.
Terna vtilitas t̄bulatiōis ē. q̄ p tri
bulationē acq̄rit hō coronā eternā.
secūda Thimo.ij. Nemo coronabit̄
nisi q̄ legittime certauerit otra t̄bu
lationes ⁊ tēptatiōes. Jhero. Quis
sanctoꝛ sine t̄bulatiōe coronat⁹ est.
Jacobi.i. Btūs vir q̄ suffert tempta
tionez quoniā cū probat⁹ fuerit acci
piat coronā vite. Exēplū legit̄ in vi
tas patꝛ. q̄ quidā iuuenis ad quen
dā heremitā venit. uouit q̄ oib⁹ die
b⁹ vite sue vellet secū seruire deo. Cū
q̄ ille senex q̄dꝛ vice in die dormie
bat illo iuuene vigilāte temptauit
eum demon vt ad seculū rediret. Il
le autem mtelligens suggestionem
esse dyaboli ei restitit. ⁊ temptauit
eū secūdo ⁊ tercio. ⁊ sic vsq̄ ad sep
tem temptatiōes. Cūq̄ euigilasset
senex vidit in capite iuuenis septez
coronas aureas querēs q̄s sibi dedis
set. Cui cū dixisset se nullā habere q̄
siuit ab eo quid ei accidisset. Respō
dit: q̄ septem viab⁹ temptat⁹ fuiss;
grauiter vt ad seculū rediret ⁊ ipse
cum magno certamīe restitisset. Cui
ille ꝓpter hoc septez coronas aureas
meruisti. Ecce vtilitatē tribulatiōis
q̄ ꝓpter eā hō merez coronā eternā.
Quā nobis p̄stare dignet ⁊ c̄.

De eodem. Sermo. Cxv.

Estote misericordes sicut ⁊ p̄
ꝛester misericors ē. Lu.vi.
In verbis istis facit dñs duo.
Primo hortat̄ nos ad misericordiam
Secūdo dat miserēdi modū ⁊ formā.
Primū ibi. Estote misericordes. Se
cundū ibi. sicut ⁊ pat̄ vester miseri
cors est. Circa primū est notādum q̄
nos debemus esse misericordes ꝓpter
multas vtilitates misericordie. Pria
q̄ misericordia facit hoiem filiū dei.
Ipse em̄ est pater mias. sicut dr.ij.
Chor.i. Et ideo filij ei⁹ debēt esse mi
sericordes. Eccl.xlij. Estote pupillis
misericordes sicut pat̄ ⁊ mat̄ eoꝝ ⁊
eritis filij altissimi. Exēplū de quodā
pagano qui ꝓpter misericordiā frūs
est filio dei. Cunq̄ fames maxima es
set in egipto. quidā gētilis valde pi
us ⁊ misericors cōpatiebatur afflictō
i pauperū. Cūq̄ euacuasset oia hor
rea sua ⁊ distribuisset pauperib⁹. q̄
dā honestissima venit domina bau
lās puerum pulcherrimū in brachijs
Rogauit eum p elemosina. Cūq̄ il
le diceꝫ omnia horrea sua vacua dic
it illa. Obsecro te p virginē illā que
saluatorē mūdi cōcepit ⁊ peperit ⁊
virgo permansit vt transeas ad hor
rea tua ⁊ videas si aliquid sit in eis
Cunq̄ ille misericordia motus cucur
risset ad horrea sua inuenit ōnia ple
na. ⁊ reuersus quesiuit illā domina
et nō inuenit. ⁊ reuelatū est ei in no
cte ab angelo dicēte sibi: q̄ ab pau
peres fuisti misericors. Christ⁹ ihs
et maria mat̄ ei⁹ hodie ad domū tu
am venerūt ⁊ te ī filiū elegerūt. va
de ⁊ fac te baptisari ⁊ salu⁹ eris. ⁊
sic factū ē. Secūda vtilitas ē q̄ mia
siue elemosina delet pcta. Sicut em̄
aqua extinguit ignē: ita elemosina
extinguit pctm̄. Prouer.xij. Redēp
tio aie viri diuitie sue: q̄si di
cat aie diuitis viri diuitie suę red
deret Homo p̄t per diuitias suas am

mā suam redime a pctis · vñ dicitur Daniel · nn · Daniel dixit ad regem Nabuchodonosor qñ peccauit · Pctā tua elemosinis redime · Itē Dañ · nn · et Tho · nn · Elemosina ab oī pctō & a morte aiam liberat & non patiē eā ire ad tenebras · Exēplū in dyalogo vbi dr · q miles quidā eductꝰ de cor pore videbat quendā pontē sub quo currebat fluuiꝰ niger & fetidus & ex alia parte erat locꝰ amenissimꝰ vbi beatoꝝ aie letabātur · Ille pons sic dispositꝰ erat q nullus malꝰ pertrā sire posset misi haberet in flumine Et vidit quendā nomine petrus deorsū positū cui graue pondus ferri erat su perpositū & sic maxime cruciabat Cū q sui cruciatꝰ causam querēt · dixit ei āgelꝰ qui ducebat eū · Ecce iste fu it immisericors i seculo qñ debuit ex iussu dñi sui maleficos punire · hoc fe cit sine misericordia · & idō punietur eternaliē sine misericordia · Post hec vidit · q venit quidā peregrinꝰ Ille sine aliquo ipedimēto trāsiuit · & dix it angelꝰ · Ecce iste fuit misericors i seculo & idco misericordiā dei cōsecu tus ē Tercio venit quidā nomie Ste phanꝰ · hic dū venisset ad mediū pon tis lapsus ē & medio corpe iacuit sup pontē & alia pars corpis de ponte de pendit & demones de flumīe exeūtes ipsū per coxas traxerūt deorsū & āge li per brachia traxerūt sursū · tādem angeli pualuerūt · Et dixit angelus Ille fuit pctōr vico carnis perfecte nō resistēs & tñ misericors ad paupe res · & licet peccata carnis vellēt eū trahere ad ifernū misericordia tamē non pmisit · Tercia vtilitas misericor die ē q lō tpalia augmētat & multi plicat · Prouer · xi · Alꝰ diuidit pro pria & ditiores fiūt · alꝰ rapiunt non sua & semp sūt in egestate · Grego · Terrene substātie p hoc q pauprib9 distribuūtur multiplicant · & licet hu

mines nō semper apte videant · ta men certū est · q dominus misericor diam facientib9 substātiam augmen tat tā in horreis q̄ in cellaris · Pro uerbiorum · iij · Honora dominū de tua substātia & de primicijs frugum tuarum da pauperib9 & implebūtur horrea tua & torcularia tua vino re dūdabūt · quod patet in multis exē plis · Exemplū · Episcopꝰ quidā val de sitiēs vinum sibi afferri iussit Cum q pincerna totum quod in vasculo erat hausisset & episcopo detulisset · Ecce pauper quidā importunis pre cibus clamoribusq vinū illud dari si bi poposcit · & precepit episcopꝰ sibi dari illud · Cumq ampliꝰ sitiret eps q̄ ante · Jussit igitur in vas iterum inspici si forte in eo aliq̄d mansisset et muētum est vasculum plenū · Itē quidā miles habens vineam ex qua singulis āis cōsueuit dare decē car racas vini ꝓpter deum · quodam an no vno carracas vini tantū in vinea erat · Et ait miles quod meum fuit abstulit mihi dominus ego autē por tionem suā non auferam illi · & dedit eam ꝓpter deum · Eodez tempore fra ter eiusdem militis transiēs iuxta p dictam vineam inuenit eam plenis simam botris q̄ antea vnq̄ fuit · qđ cum retulisset militi benedixit deum · Quarta vtilitas misericordie est · q homini locū in celo ꝑpat · Eccli · xvi · Omnis misericordia faciet vnicuiq locum scđm intellectū peregrinatio nis illiꝰ & scđm meritum operū eius Jheronimꝰ · Non sunt bona hominis que secum ferre non potest · sola mi sericordia est comes defunctorum · Jsidorus · Omnia terrena seruando amittimꝰ · largiendo seruamus · diu cum rebꝰ nris durare non possumꝰ · q nos illas aut moriēdo deserimꝰ · ā ille nos viuētes deserūt · Vnde Luce xvi · capitu · Facite vobis amicos de

mãmona iniq̃tatis vt cũ defecerit̃is recipiãt vos in eterna tabernacula: scz pauperes. Vñ in fine seculi dicet dñs misericordiã facientib9. Esurijui et dedistis mihi manducare: sitiui et dedistis mihi bibẽ. Et seq̃tur. Veite bñdicti patris mei: possidete regnũ qđ vobis paratũ est ab origine mundi. Rogem9. ꝛc̃.

Dñica quinta Ser. Cxvi.

QOnes vnammes estote in oratione ꝓma Pe. ij. In verbis istis hortat̃ nos btũs Petrus ad orãdũ. Sũt autẽ multa que debẽt nos ad orandũ puocare. Primũ est exẽplum xp̃i ꝛ sanctoꝝ q̃ nõ solum nos orare docuerũt vbis sed eaã exẽplis. Exẽplo docuit nos xps orat̃: qz legit̃ Mat. xiij. Dimissa turba ascendit in montẽ solus orare. ꝛ Lu. vi. dicit̃ qđ pnoctabat in oratiõibus. Ibi dr glosa. Christ9 orabat non qđ oratiomb9 indigẽt: sed vt nob̃ exemplũ orãdi prebẽt. Docuit eaã verbis qñ oñdit ꝛ dixit apostolis quid esset orãdũ. Mat. vi. Sic orabitis. Pat̃ noster q̃ es in cel̃ ꝛ c̃. Exempla eaã sanctoꝝ patꝝ p̃nt nos ad orãdũ puocare. Legitur de scõ Jacobo alphei: q̃ mytero matris sue sanctificatus fuit qđ ex assiduitate orationis cõtraxerat in gemb9 suis durieẽ camelorꝝ. Sic de btõ Barthlomeo dicit̃: qđ centies in die ꝛ centies i nocte genua flectebat. Secũdo debet nos puocare facilitas orõis: qz orare est officiũ facile valde. Si em̃ dicerẽtur alicui qđ ieiunare debẽt põt se excusare p debilitatẽ corpis qđ non posset ieiunare vel qđ non habeat sibi a bũ opetentẽ. Et dicẽtur alicui qđ pegrinari deberet põt se excusare per debilitatẽ vel defectũ pecunie vl̃ periculũ alid quodcũq̃. Si dr alicui qđ debeat elemosinas dare põt se excusare per pauptatẽ: sed ab orõne nullus se excusare põt. Homo em̃ põt orare in õi loco in omni hora. Et si hõ nõ possit ex debilitate os mouẽ vel genua flectere ad orandũ. põt tamẽ facere mẽtalẽ orationẽ. Vñ Psal. Apud te oratio mea semper: quasi dicẽt: vbicũq̃ fuero ꝛ quicũq̃ egero tamẽ possum mẽtaliter orare. Quicũq̃ iustus fecerit si nõ est cõtra deũ totum ẽ oratio vñ non cessat orare qui nõ cessat bñ facere. Tercio debet nos ad orandũ puocare mltiplex effect9 ꝛ virt9 orationis. Prima vtus orõis est qđ temptationib9 ꝛ impugnationibus diaboli resistit. Isidor9. Hoc ẽ teme diũ eoꝝ q̃ vicioꝝ temptamẽtis estuant vt quotiẽs quilibet tãgit̃ vicior totiẽs se orationi subdat: qz frequẽs oratio vicioꝝ ipugnationẽ extinguit. Vñ legitur in vitas patꝝ: qđ quidã multũ temptabat̃ a spũ fornicatõis et rogauit quẽdam senem fratrem vt oraret p eo: q̃ senex videns illum monachũ in sommis sedentẽ ꝛ spũm erũ ante ipsũ ludẽtez ꝛ ipsũ cum eis delectari ꝛ angel9 astabat ꝛ grauit̃ indignabat̃ ei qđ nõ surgeret ad orationes sed magis delectabat̃ in suis cogitatiomb9. Euigilans aũt senex dixit monacho. Impossibile ẽ a te vi scedẽ spũm fornicationis. alijs p te orantib9 misi assumas tibi orationes et ieiunia. Secũdo. orõ in bello cor porali sepe triũphat. Sepe em̃ plus facit vn9 scũs hõ orãdo qđ mille pcõ res pliãdo. vñ legit̃ Exo. xvij. qđ cũ filij isrl̃ pugnarẽt contra Amalech. Moyses ascẽdit in montẽ ꝛ orauit. Cũq̃ leuasset man9 ad deum vincebat isrl̃. Cũq̃ paululũ remittẽt vincebat amalech. Quo coperto Aarõ et Hur q̃ cũ eo erãt supposuerunt ei lapidẽ. ꝛ ex vtraq̃ pte man9 sustentabãt: quoniam grandeuus erat ꝛ sic p orationes eius vicerũt filij isrl̃:

ñi Judith.ix. Cū Holofernes pugnaret ꝺra ciuitatē bethulia exhortabat ciues ad orōnes dicēs. Meōres estote fili dei Moysi: q̄ Amalech nō non ferro pugnādo. sed pāb⁹ suis deuicit et hoc dicto ipsa cōmisit ciuib⁹ vt dñm exorarēt. et exiēs ciuitatē cum vna ancilla tm̄ ad Holofernē venit. et capt⁹ ē Holofernes in amorē ei⁹. q̄ pulchra eāt valde. Et quarto die cū petēt ab ea p nūciū vt secū dormiret. ipa ꝺsensit et letat⁹ Holofernes bibit de vino suo plus q̄ vnq̄ bibebat in vita sua. Et sero facto ibāt singuli ad hospicia et ipsa māsit cū eo in tētorio suo. et ipse p magnā ebrietatē obdormiuit et ipa Judith dixit se orōmib⁹. Cūq̄ dormisset accepit gladium Holoferns et āputauit sibi caput et reuersa ē cū ancilla sua ad ciuitatem Et mane facto irruūt ciues de ciuitate et mmia inuenētes Holofernē pnāpē suū mortuū imerūt fugā et multi ceciderūt et ciuitas liberata ē. Nota hystoriā Judith. xiij Tercio orōvitā hois plōgat. Jaco. vl. Infirmaē q̄s ex vob̄ inducat pbiteros ecclesie et orent sup eū: vngētes eū oleo scō in noie dñi et orō fidei saluabit infirmū et alleuiabit eū dñs et si Exemplū in rege Ezechia cui infirmāti misit dñs pphetā ysaiā. qui ait. Hec dicit dñs deus. Disponе domui tue. q̄ moreris tu et nō viues. et cōuersus ad parietē orauit cū fletu. et ecce pus q̄ veniret ad mediū atrij dixit ei dñs Vade et dic Ezechie. Hec dicit dñs. Audiui orationē tuā et vidi lacrimas tuas: ecce adij q̄ sup dies tuos quindecim ānos. Nota hystoriā ysa. xxxviij Et iij. Reg. xx. Quarto oratio ire dei resistit et tenet deū vt cōtra pctōrez se vindicare nō possit. Vnde dñs ad Jheremiā. vij. Noli orare p pl'o hoc neq̄ assumas laudē et orationez et nō obsistas mihi. Exēplū Exo. xxxij. Cū

pecassent filij isrl' adorādo vitulū voluit dñs oēs deleuisse. s Moyses restitit ire sue orōmib⁹ suis dicēs Dimitte dñe pplo huic noxā hāc. vel me de libro vite. i. mēbrice me. et dixit dñs. Dimitte me vt iracscat furor meus cōtra pplm istū vt deleā eū. faciāq̄ te in gētē magnā. Moyses aūt restitit ei orōib⁹ suis. et ñ pmisit ei vt delēt totū pplm. Verūtñ Moyses deleuit ex eis. xxxiij. milia. Exo. Ire dei resistit Moyses/ q̄ supne pussiois ipetū orōis sue oblatōe restrinxit. Ñnto orō sentētiā dei otra pctōrē latā mitigat. Exēplū pmi Paralī. xxi. Cū David supbe numeraueāt pplm suū q̄si assctibēs pli sui victoriā mltitudini et nō deo. Irat⁹ ē otra eū dñs et misit cōtra eū Gad pphetā. q̄ ait. Quia i supbia elat⁹ es. irat⁹ ē otra te deus. Elige tibi vnū de tribus plagis. Aut septē āis veniet tibi fames i regno tuo. Aut trib⁹ mensib⁹ vastabūt inimici tui trā tuā Aut trib⁹ dieb⁹ erit pestilētia. i. subitanea mors i tota trā tua Et cogitauit David intra se dicēs Si eligo famem: tantum illa plaga tangit pauperes. Si inuasionem inimicorum. ista plaga tāgit subditos meos et non me. quia habeo munitiones et armatos Sed eligam pestilentiam que equaliter tāgit diuites et pauperes subditum et regem. Et misit dominus pestilentiam et mortui sunt de israhel septuagīta milia virorum. Et tunc vidit David angelū qui percutiebat populum supre Jherusalem vt disperderet eam. Et orauit ad dominū dicens. Domine ego sum qui peccaui: ego inique egi Isti qui sunt oues quid fecerūt. vertatur obsecro manus tua contra me. et satim misert⁹ est dñs et plaga cessauit Ecce quo David sententiā dei mitigauit. debuisset enī plaga illa trib⁹ diebus et trib⁹ noctibus durasse. Sz p

Secundo debem⁹ deo grās agere de passione quam pro nobis sustinuit. Eccl. xxix. Gratiaz fideiussoris tui ne obliuiscaris. dedit enim p te aiaz suam. & sequit. Ingratus sensu deliqt liberantē se. Nō sic faciēdum ē: sed illud qđ docemur. Apoca. xi. Gratias tibi agim⁹ omnipotens deus qui accepisti virtutē magnā ad liberandum nos. hoc ē otra illos q̄ nō regratiant deo de sua passione. Dicat em̄ Ber. in psona xpi. Vide o hō quid p te patior si ē dolor sicut quo crucior. Ad te clamo q̄ p te morior: vide penas q̄bz afficior: vide clauos q̄b⁹ cōfodior. Cū sit tant⁹ dolor interior & exterior plāctus sit g̃uior eā te ingratū experior. Talib⁹ ingratis exprobrabit dns in iudicio sicut dt Crisō. Et dicet ppter vos hō fact⁹ sū. ppter vos flagellat⁹ sum. illesus sū: crucifix⁹ sum: vbi est tantaz iniuriaz meaz fruct⁹. Ecce em̄ preciū sanguinis mei qđ dedi i redemptionē animaz vestraz: vbi est seruit⁹ mea quam mihi p precio reddidistis. Ego sup gloriam meaz vos habui. Cūq essem deus apparui hom & vilioꝛē omnib⁹ reb⁹ vestris me fecistis. cum omnē rem terre vilissimam pl⁹ q̄ me dilexistis. Tūc incipiēt deflere tantum beneficium neglectum quod non pdest eis: q̄ gratum sit đo memoriā siue passionis habere/ ptz per exemplum Quidam he remita deprecabat deum in cella sua vt sibi reuelaret cuiusmodi beneficium vel seruitiū essz sibi magis gratū et acceptabile. Et ecce audiuit vocē gemebundam extra cellam: q̄si hoīs anxie laborātis. & admirās quid hoc esset: exiuit & vidit hoiem nudum & toto corpe vulneratum & cruentatū et coronam spineā in capite habētū portantē magnam crucē in humeris quā ppter grauitatē vix post se p terram trahebat. Et ait. Quis es tu hō Cui ille. Ego sū Ihesus xps qui ppt te mortem sustinui. Tūc ille pdes in terram ait. O domine vt quid sic huc venisti. Qui respōdit. Quia tu me rogasti vt ostenderem tibi quale seruitium mihi magis esset gratū. re mihi magis gratum seruitiū q̄ vt iuuas me portare crucē meā. Cui ille. O domine quo portabo illam. Ad quod dom⁹. In corde tuo per cōtinuam memoriam & gratiaz actionem & sic euanuit. Terao enim debemus agē deo gratias de omnib⁹ beneficijs collatis Eccleiastes. ix. Letare iuuenis in adolescētia tua. in bono sit cor tuū scz per gratiaz actionem. Et scito q̄ pro his omnib⁹ adducet te dom⁹ ad iudicium. scz vt racionez reddas quo deo de bonis tibi collatis fuieris et grās egeris. Dico aūt p oībus bonis. naturalib⁹: & spūalib⁹. Bona naturalia sūt sanitas: fortitudo: pulchritudo: eloqntia: prudētia: scīa & huiōi. Bona spūalia sūt sacramēta sc̄ē eccie. Bona tēporalia sūt. diuitie. honores. dignitates. & silia pro his omnib⁹ debetis deo gratias agere & sibi seruire. Alioquin dicet vobis in die iudicij Mat. xxv. Iniuit fletꝰ & stridor dentiū. Nūtū sic deo g tum vt sibi de bonis talibus nobis a deo collatis grates referam⁹ ptz p exemplū. Miles quidā valde diues sp deo gratias de diuitijs sibi collatis referens: dedit singulis annis decimas oīm bonoꝛ suoꝛ & habēs vineam dedit de ea singulis annis decem carras vini pauperib⁹ in gratiaz actionem. quodā anno creuit tm̄ vna carra in vinea sua: tūc ait. Dom⁹ dat dns abstulit. ergo pro decimē suam non auferā & dedit hāc carrā ppter deū. Nō cū factū esset frater isti⁹ militis trāsiens iuxta vineā vidit eā plenā vuis.

Quod cum retulisset militi grās deo egit de gratitudine. Legit in fabulis q̄ rusticus quidaz terram arabat bobus suis: cōtigit q̄ pondꝰ auri micare viderat. vnde gaulsus reliquit boues a iugo vt peterent meliora pascua & cōstruxit altare dee terre quē sibi tātas diuitias sponte cōtulisset. Qd̄ videns dea fortune dedignata rustico q̄ talem honorē non dedisset sibi dixit. Cū priuatꝰ fueris his cursū me rogabis p alia sorte & mhil tibi reddā: per rusticū intelligit auarus siue peccator cui deꝰ oīa opera bō sua dedit q̄ largitor oīm bonoꝝ est ꝑm illud. Ja. p. Omne datum optimū & omne donū pfectū a dño deo est: sed cū homo non refert grās deo venit tēpus .i. hora mortis & tūc auferentur ab eo omnia predicta q̄ nec reddere potest eaā si vellet. Quarto debemꝰ deo grās agere de tribulationibꝰ nobis īmissis ab eo. Epīe. v. Grās referētes semp p ommbꝰ. Glo. non tm pro psperis: sed eā p aduersis. Tribulatio em̄ est signū dilectionis diuine quē em̄ deꝰ diligit castigat. vt ꝺr Heb. xij. Apoca. iij. Ego quos amo arguo & castigo. q̄ sicut ꝺt Gre. Cōtinuꝰ successus rerum temporaliū est future calamitatis iudiciū. Grās ergo agere debemꝰ de aduersis: q̄bus liberamur a pena eterna. vñ Augꝰ. Hic vre hic seca domine vt i eternū parcas. Exemplū accipiamꝰ in btō Job. qui postq̄ castigatus esset gratiā egit grās deo dicens. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita ē factū. sit nomē domini benedictum. Exemplū quidam princeps saracenoꝝ cum nouiter cōuersus & baptisatus cōtra saracenos pugnās grauit̄ vulneratꝰ est. Christiani autez timētes ne ꝓpter hoc vacillaret cōfortabant eum dicētes: q̄ grās agēt deo p deꝰ honore talia vulnera sustinēt. Qui

respōdit. immo deo ad plenū nō sufficio regratiari: sed doleo q̄ ꝓpter eaz nō recepi misi q̄tuoꝝ vulnera q̄ p me recepit q̄nq̄ milia & plura. Vñ ysus Sexagīta bis duo. C. superadde milia quinq̄. Tot ferē xp̄us p nob̄ vulnera passus.

De eodē. Sermo. Cxliij.

Diliges dñm deum tuū Mat. xxn. Circa dilectionem dei duo sunt notāda: scz quō sit diligendꝰ: & q̄re sit diligendus. Et sciendū q̄ deus ē diligendꝰ trib̄ modis. Primo ex toto corde. i. integrē. Secūdo ex tota anima: id ē fideliter. Tercio ex tota mēte. i. perseuerāter. Primo debemꝰ diligere deū ex toto corde integrē: ita q̄ hō i nulla alia creatura delectet̄ vel q̄rat dilectionē misi in deo nō in auro & argēto nō in amicis: nō i liberis: nō in vxore: nō in mūdi delicijs. neq̄ carnis voluptatib̄. Si in aliquo istoꝝ amor fuerit cordis: nō ex toto corde deū amas. q̄ quātomagis inferiores rami arboris multiplicant̄. tanto minꝰ superiꝰ crescit in altū: sic amor q̄nto magis crescit in istis terrenis: tāto minus eleuet̄ in amorē dei. Augꝰ. minus te dñe amat qui aliq̄d tecum amat qd̄ nō ꝓpter te amat. Ideo talis amor inferior ē arcūscidendꝰ sicut rami inferiores ab arbore. Deut. iij. Circūdet dñs deus tuꝰ cor tuū & cor ferui tui. vt diligas deū tuū ex toto corde tuo. & in tota aīa tua. vt possis viuere. Dñs est em̄ q̄si auis nobilis q̄ de pda desiderat cor tanq̄ meliꝰ: sic dñs desiderat cor tuū vt eum diligas. Pro. xxiij. prebe cor tuū fili mi. Augꝰ. Totū exigit a te q̄ totū fecit te. Ber. Ecce domine q̄ fecisti me dō me amori tuo totū & tāto debeo plꝰ q̄ meipsū q̄nto tu maior es me ꝓ quo dedisti teipsū. Secdō dem̄ diligē deū ex tota aīa. i. fideliter sicut ipe dilexit nos. q̄

maluit aiam̃ suam separari a cor̃pore suo q̃ ab eo sepenẽ aie nostre. Cãti. viij. Fortis est vt mors dilectio. q; ꝓpter dei dilectionẽ nõ contẽmit hõ mortem. Aug⁹. Nihil fortiꝰ hoie habẽte dilectionẽ siue caritatẽ. Qui em̃ deũ diligit fidẽliter. nihil potest eum a caritate xp̃i separare. Romano. viij. q̃s nos sepabit a caritate xp̃i. tribulatio .i. afflictio corpis. an angustia .i. tribulatio mentis. an fames: an periculũ. i. pauptas: an gladiꝰ .i. ipa mors quasi diceret. nequaq̃ possunt nos ista separe a caritate xp̃i. Crisost. Si nautis pericula maris: agricolis glacies ⁊ frigora. militibꝰ vulnera leuia portabilia sũt ꝓpter spem lucri. quã tomagis q̃ amat deum nullum debz timere periculũ. Et sic Jacob videbãtur. xxix. ãi pauca quibꝰ grauiter seruiuit ꝓ rachel p̃ amoris magnitudie Gene. xxix. Quãtomagis debet hõ sustinere ꝓ amõre dei ⁊ regno celorum? Tercio debemꝰ diligere dominum ex tota mẽte. i. perseuerantẽr. Prouer. xvij. Omni tempore diligit qui amicꝰ est ⁊ frater in angustijs cõprobat. Ita hõ oz diligẽ deũ in aduersitate sicut in ꝑsperitate. Hz q̃dã diligũt tm̃ in ꝑsperitate. s. q̃ dat eis hõ tẽpalia: ⁊ ꝑsperitatẽ ⁊ sanitatẽ corporis: ꝙ q̃ imittit eis ẽbulatiões: infirmitates ⁊ pauptates: statim murmurãt otra deũ ⁊ dicũt. dñs oblitꝰ est mei q; plꝰ castigat me q̃ aliũ Justi habẽt amorẽ mẽtricis siue amasie. q̃ tm̃ diligũt viros quãdo dãt eis munera: sed quãdo nõ habent dare diligunt alios. Vnde Hugo. Vide o aia ne meretrix ꝙ nõ spõsa xp̃i dicaris. De talibꝰ oz Prouer. xxvi. Cũ defecerint ligna extinguit̃ ignis. s. caritatis. Justi nõ attendũt q; flagella ⁊ tribulationes sũt signa diuini amoris. Apocal'. iij. Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Secũdo videndũ est q̃re dilegendꝰ sit deus. Nota q̃tuor de causis solet aliq̃ res diligi. Primo q; beneficijs suis ꝓmeruit ⁊ certe iõ diligẽdꝰ est deus. Ber. Quitũ de nob̃ meruit deꝰ qui seipsũ dedit nob̃ in ꝓdaũ. Nõ est lignũ ita frigidum si ponat̃ in ignem ardẽtis clibani quin ardeat. Sic nec cor aliqđ ita frigidum si ponat̃ in ignẽ diuini amoris. Si intueatur q̃ntum nos ãmauerit: quin accendatur ad amãdum. Hugo. O homo cogita quantum te dilexit qui tm̃ dignatꝰ est facere ꝓ te. Obstupesce tãta bñficia tibi exhibita: pulchra facta fueãs ei? munere: feda facta fueras tua iniquitate: sed itez mũdata ⁊ pulchra facta es ei? pietate: operante tm̃ vtro q; caritate. Olim cum non esses dilexit te vt deberet: postea cũ fea esses dilexit te vt pulchrã faceret te: et vt ostẽderet quãtũ te diligẽt: nõ misi moriendo te a morte liberare voluit nũc autẽ sincera caritate te diligit acsi semp secũ pstitisses. Secũdo solet aliqs diligi q̃ beneficia ab eo sperant̃. Jdcirco diligendꝰ est deus quia inter omnia alia beneficia maxima est q; nob̃ tam magnã gloriã ꝓmisit ⁊ ꝓparauit. i. Corin. ij. Oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Ideo est summe diligendus. Ber. Qui tanta beneficia mihi promittis debeo me ãmori tuo totũ. Tercio solet diligi aliqua res q; delectabiliter mutatur in ea. ideo etiam diligendꝰ est deꝰ. Psal. Gustate ⁊ videte quoniã suauis est dominꝰ beatus vir qui sperat in eo: id est qui totã spem ⁊ dilectionem ponit in eo: talꝰ potest sentire suauitatẽ dei. Amor em̃ dei suauissimꝰ est: quod ꝓz q; omnẽ alium amorem separat ⁊ superat. Et implum in melle cuiꝰ dulcedo oẽm dulcedinem superat. vñ Eccli. xxiij. Trãsite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me ⁊c. sequitur. Spũs enim meus

sup mel dulas :q̃ mel gustauerit illi postea nullus cibus sapit: sic q̃ gustauerit dulcedinẽ caritatis diuine postea nõ sapit ei amor terrenor. Aug⁹ Qui biberit de fluuio paradisi cuius gutta maior ẽ oceano: restat vt in eo sitis huius mũdi extincta sit: illis ei fm Bze. dulce ẽ in hũanis reb⁹ qui adhuc nulla gaudia de celestib⁹ gustauerũt. Quarto solet aliqs diligi rõne cõsanguinitatis. et iõ diligẽd⁹ est deus qr maiorẽ ꝺsanguinitatẽ hz nobiscum qm cum angel'. ex eo qr humanam naturã nobiscum assumpsit Heb. ij. Nusqm em angelos sed semẽ Abrahe apprehẽdit neq em ãgelos appellat frẽs sicut hoies. vnde Ps̃. Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis. Legit̃ gen. xliij. qd Joseph maiorẽ p tem honor. dedit beniamin qui erat frat̃ suus ex vtroq parẽte qm ceteris frib⁹ q̃ erãt ex altera parẽte Sic deꝰ duplicẽ refectionẽ homini dedit et dabit in sua diuinitate et hũanitate Angelos aũt in sua diuinitate refecit: immo nõ tm̃ frater sed eã pater. Ja thei. xxiij. Vn⁹ est pater vester q̃ in celis ẽ. Ber. Si filius naturaliter amat patrem a quo habet partẽ corporis quãtomagis debet amare deũ a quo habet corp⁹ et animam. Deut. xxxij. Nunqd non ipse est pater tuus qui fecit et possedit et creauit te. Ipse est pater noster qui creauit nos et cũ peremptam⁹ recreauit. Ideo debem⁹ eũ diligere et non ad iracundiam peccãdo p uocare. Exemplũ. Adolescẽs quidã intrauit siluam in q̃ morabãtur meretrices: cui occurrit dyabol⁹ in specie mulieris dicẽs Intra siluam ego sequar te: cũ intrauit siluam occurrit ei Christ⁹ in specie monachi cappa ĩduta⁹ dicẽs. Quo tendis tu fili mi: mala ẽ via tua reuertere dilecte fili mi. Cui ille. Cur me appellatis filiũ cũ nõ sitis pater me⁹. Regre in die pasche

in sermone. Ecce lo. Aug⁹. Amãd⁹ est genitor et preponẽdus est creator hogem⁹ et c̃.

Dñca. xix. Sermo. Cxliij.

Diligamus veritatem vnus q̃s q̃ cum primo suo. Ephe. iij. In verb istis hortat̃ nos apostolus diligere veritatẽ. Sciendum autẽ q̃ q̃druplex ẽ veritas: scz oris. cordis. operis. et psuerãtie. Veritas oris cõsistit in trib⁹. in locutione. in cõfessione. et in promissione. De veritate locutionis ꝺr hic in verbo ꝓposito. scz loquimini veritatẽ p̃s̃. Veritatẽ diligit deꝰ. Quantũ displicet si contrarium fecerimus. ptz in Anania et saphira qui cũ negarent veritatẽ petro. ceciderũt et expirauerũt Act. v. Require in sermone. Non falsum testimoniũ dices. Aug⁹ sup psalmistã Aliud est mẽtiri et aliud est verum occultare. sicut aliud est falsũ dicere et aliud est vr̃ tacere vt si q̃s nõ velit hoiem ad mortem prodere. paratꝰ debet esse verũ occultare. nõ dicere falsũ vt neq̃ pdat neq̃ mẽtiatur neq̃ occidat aiam suã p corpore alteri⁹: qr ꝺr in psalterio Perdes omnes qui loquũtur mendacium. Item debemus habere veritatẽ oris in cõfessiõe. Eccli. iij. Non cõfundaris p anima tua dicere verũ. i. veritatem in cõfessione. Cõtra hoc peccauit Cayn. Qui cũ debuit cõfiteri et dicere veritatẽ Respõdit. Nescio dñe. Nunqd custos fratris mei sum ego. Gene. iij. Ambrosius sup psal'. Beati imaculati. Cessat ei vindicta diuina si cõfessio peccatrat humana. Jtẽ debem⁹ habere veritatẽ oris in promissione: ita q̃ quicq̃d promittim⁹ teneamus: Eccl. v. Nõ spõdeas sup virtutẽ tuã. qd si spoponderis q̃si restituẽs cogita Eccl. v. Si qd vouisti deo ne moreris reddere. displicet enim ei infidel' et stulta promissio: sed q̃cq̃ voueris redde. Oltroq melius

ĩ iõ maledictus et a deo
ĩ tria q̃ abulat̃ et lapidem.

t nn

est nō vnde vōtū q̄ p̄ vōtū p̄missuꝫ
nō reddē. Quātū istō displicet dō. s.
stulta p̄missio pz̄ saul q̄ fregit p̄mis
sū de quo ioſue p̄miserat gabaonitis
Legit ioſue. ix. q̄ cū filij isr̄l itrarēt
trā p̄missiōis. cœpēr habitare in iericho & hay
& mltas alias cīuitates Hec audiētes
gabaonite timuerūt ne eis facerēt sic
et cogitātes callidū cōsiliū miserūt ad
ioſue & ad filios isr̄l nūcios q̄ argum
tū lōgoꝫ itineꝫ tulerūt. saccos vete
res in q̄bꝰ hēbāt panes muscidos & ī
fruſtra cōminutos & vtres vinarioſ
antiquos scissos & sotulares vetēs ha
buerūt ī pedibꝰ & iduti veteribꝰ vesti
mētis & venētes ad filios isr̄l dixēr
de trā lōginq̄ venimꝰ q̄ ē extra trā q̄
vob debeē & q̄rimꝰ vobiscū facē pacē
Qui rñdēr̄t videte ne forte habitetis
ī terra q̄ nob debeē & nō poterimꝰ vo
biscū pacem facē. Qui oīno negaue
rūt dicētes. Ideo remota ē trā nrā
q̄ panes isti calidi erāt q̄n nos exiui
mꝰ q̄ mō sūt muscidi & vtres noui q̄
mō sūt rupti & vestimēta & calcamē
ta noua q̄ mō sūt dissūpta Crediderūt
eis filij isr̄l & fecerūt pacē cū eis. p̄
dies vo tres ognouerūt se decēptos
q̄ in vicino habitabāt & mouētes
castra voluerūt euertē quitates eo
rū. s. Gabaon Cophira Beroth Ca
riathari & egressi sūt eis obuiā gaba
onite & dixit ioſue Quare decēpistis
nos dicētes q̄ ī trā aliena habitare
tis. Qui dixerūt nūciatū ē nob̄ fuis
tuis q̄ dñs deꝰ vr̄ p̄misisꝫ vob̄ terrā
hāc & p̄cepisset dispdē oēs inhabitā
tes ergo timuimꝰ valde & de consilio
prouidimꝰ aiab̄ nrīs necessitate coactī
nūc aūt in manu tua sumꝰ q̄d tibi bo
nū ac rectū videē fac de nob̄: tūc cla
mauit p̄s nō ē standū iuramēto & p̄
misso q̄d p̄ surreptionē factū esset
Seniores āt q̄ iurauerūt & p̄miserūt
nō audebāt frāgē fedꝰ & ordinauerūt
sic: q̄ habitarēt inē eos & essent eo
rū seruiēs lign̄a & aquar̄. Istō fedꝰ ste
tit multis āmis & nullꝰ audebat frāgē
Tādē cū regr̄z saul iste fregit & mlt
tos ex eis occidit q̄ tīn displicuit do
mino q̄ vindicabat in eū & in filios
suos in hūc modū Ipse eīn cœpit in
plio quo mortuo cū regnaret dauid
facta ē magna fames ī isr̄l trib̄ annis
ij. Re. xxi. Et consuluit dauid oraculū
dn̄i & dixit ei dñs. q̄ ista fames essꝫ
p̄pter saul & domū eiꝰ eo q̄ fregissꝫ fe
dus & peussisset gabaonitas. dixit er
go dauid ad gabaonitas q̄d facīā vo
bis p emēda. Qui rñderūt: nō ē nob
sup auro & argēto: sed sup saul & do
mū eiꝰ. Dent nob septē viri de filijs
eiꝰ vt crucifigamꝰ eos. Qd & factuꝫ
est & plaga cessauit & dedit dñs plu
uiaz terre. In hoc ptz q̄ dñs vult p
missa suari eciaz in fidelibꝰ sic de veri
tate oris ptz. Secūdo dēmꝰ hīc veri
tatē in corde ita vt q̄tq̄ loq̄mur ore
intēdamꝰ & corde. Cōtra hoc faciūt
multi q̄ blādē loquūtur p̄ximis & tñ
corde nō intendūt. Pro. xxvj. Nō la
ctes quēq̄ labijs tuis Tales similes
sūt iude q̄ p osculū tradidit dñm su
um: vñ recte significanē p ioab q̄ di
xit ad amasa. salue mi frat & tenu
it vna manu mentū eiꝰ q̄si osculans
eū alia manu extraxit gladiū sb̄ pal
lio & peussit eū in latē & mortuꝰ est.
Nota hystō. ij. Re. xx. Pro. xi Simu
lator decipit ore amicū suū. vñ iudas
nō māsit ipumtꝰ. Nā seipsū suspēdit
et dānatꝰ est. Joab eciā nō māsit im
pumtꝰ. nā occasus fuit iuxta altare
iij. Re. ij. sic otinget ommib̄ talib̄
Tercio dēmꝰ hīc veritatē in opatiōe
ita q̄ q̄tq̄ ore p̄mittimꝰ & corde fa
cere itēdamꝰ eciā sine p̄tractiōe ope
impleamꝰ. i. Jo. iij. Nō diligamꝰ ver
bo neq̄ lingua tm̄ sed ope & veritate.
Hāc veritatē habuit ezechias. & iō
placuit deo. nij. Re. xx. Memēto do
mine quō ambulauerim coram te in ve

ritate ⁊ adiecit deus vite sue .xv. annos. Contra hoc peccauit pharao q̃ multa ꝓmittebat sed opere nō implebat. ꝓpter quod in mari rubro tandem submersus est. Exo. xiiij. Aug⁹ in libro de agone. Errat quisq; si se veritatem cognoscere putat qui adhuc nequit viuit. Quarto debem⁹ habere veritatem in bone vite perseuerātia. Non enim qui bonam vitam incœperūt sed ꝑseuerauerūt vsq; ad finem hꝫ salui erūt. Hanc veritatez optabat xp̃s discipulis suis quando discessit ab eis orans patrem suū dicens. Pater sanctifica eos in verita te. Glo: Quasi diceret. Sicut ex tua gratia incepta est sanctificatio. eadē gratia perseueret vsq; in finem. scz in veritate. Eccl. xxxvij. Depcare altissimū vt in veritate dirigat viam tuā Cōtra hanc veritatē pseuerantie peccauit salomon q̃ in fine vite sue deos colebat ⁊ mulieres alienigenas adamauerat. iij. Reg. xi. vñ Psal. Seruite dño in timore. glo. vt in seruitio eiꝰ pseueretis Cōtra hoc peccauit ille heremita qui in fine vite sue factꝰ ē latro ⁊ cōdemnatꝰ. Rogem⁹

De eodē. Sermo. Cxlv.

Quid cogitatis mala in cordibꝰ vestris. Mat. ix. Hoc verbum ꝓt esse dei ad nos omnes in quo reprehendit nos de malis cogitationibꝰ. Sciendū autem q⁹ cogitatio hominis debet versari circa q̃ tuor. Primo circa passionē dñi. Tertio. iij. Recordare trāsgressionis mee et paupertatis mee absinthij ⁊ fellis. Eccl. xxix. Gratiā fideiussoris tui ne obliuiscaris. dedit enim p te aiam suam Fideiussor ille est xp̃s. totꝰ mundus per sentētiam dei patris damnatus erat. Compatiēs autem filiꝰ dei fideiussit ꝓ nobis. ꝓpt autem hoc pro tā magna causa fideiubē q⁹ oportet eū aliqū domū relinq̃re ⁊ hēditatez

suā ⁊ q̃q; vitā ⁊ sic fecit deꝰ Jhere. xxij. Reliq̃ domū meā dedi dilectam aiam meā in manibꝰ inimicorū meorū. Hugo. O hō cogita q̃ntū dilexit te q̃ tāta pro te sustinuit ⁊ tm̃ te dilexit. Aug. O hō cogita q̃ntū te dilexit deus tuus vt vestigia eiꝰ imiteris: ꝓpt̃ te paup factꝰ ē in mūdo vt te ditaret in celo. ꝓpt̃ te captꝰ ē vt te ab eterna captiuitate liberaret: ꝓpt̃ te ligatꝰ ē vt te a vinculis pcōrū absoluet. ꝓpter te flagellatꝰ est vt te a flagellis eterne ire eruet: ꝓpter te coronatus spinis vt te coronaret in celis. ꝓpt̃ te vulneratꝰ est medicus vt te sanaret egro tū. ꝓpt̃ te crucifixꝰ est vt tuas occupi scētias crucifigēs: ꝓpter te mortuus ē vt te a mortuis suscitaret. Hec cogitatio ꝺo multū placet. Exēplū in heremita q̃ rogauit dñm vt ostēdet si bi q̃le seruitiū sibi magis acceptū fuit. req̃. in .b. Grās ago deo meo q̃ntū ꝓmisit nob. hec cogitatio oꝺitur Josue. v. vbi ꝺr q⁹ filij israh expugnata ciuitate iericho ⁊ inhabitatoribꝰ eius ocasis. sola mansit raab mēretrix. hec ē aia q̃ erit secura manēs in domo sue cōscientie si suspēderit funiculū coccineū. i. passionē xp̃i p ignē memoriaz ante fores sue cōscientie Secūdo ꝺz homo versari circa precepta dei ⁊ sacram scripturam scz cogitare. Eccl. iij. Que precepit dominꝰ ista cogita semp vt scz illa impleas ⁊ custodias. Psal. In lege eius meditabit die ac nocte. Deutro. vi. Hec meditaberis sedens in domo tua ambulās in itinere dormiens atq; cōsurgēs. Ideo hō debet libēter audire ꝓdicationes legere psalterium ⁊ sacram scripturā vt suū cor occupet homis cogitationibus ⁊ licet homo nō totum intelligat quod legit. Exemplū legit in vitas patrū. q⁹ quidam frater dixit beato arsemo Ecce pat̃ meditari festino ꝺ sacris scꝑturis ⁊ nō sentio ꝓfectōez

v

in corde meo. q̃ non intelligo virtũ tẽ verboꝝ sacre scripture vnde valeo cõtristor. respõdit beatꝰ arsemius. oportet te fili mæssant meditari eloquia dei. licet incãtatores qui serpentes incãtare solent nõ intelligũt illa verba que loquũtur. tamẽ serpẽtes audientes verba illa acquiescũt eis et subdũtur eis ita ꝛ nos faciamus similiter. Licet nõ valeam⁹ intelligẽ vtutẽ diuinaꝝ scripturaꝝ. tñ demões audiẽtes eã terrẽtur ꝛ effugati discedũt. Tercio debet cogitatio hois versari circa pctã que cõmisit. ps. Cogitabo p peccato meo. s. pnã quam merui. ꝛ bona que per peccatũ amisi. Isa. xxxviij. Recogitabo tibi dñe oẽs annos meos i amaritudine aie mee. Isido. Nullũ inuenitur peccatoꝝ re medium tale sicut eoꝝ cum recordatione ꝛ dolore cõtinua memoria. Hec mimiscere eñ debem⁹ q̃ grauia sunt que admisim⁹. q̃ vanosa q̃ obmisim⁹ q̃ dura inferni supplicia q̃ meruim⁹. Exẽplũ q̃dam frat̃ venit ad abbatẽ admonens eũ dicẽs pat̃. dic mihi aliqd verbũ edificatoriũ: dt ei abbas vade fac talẽ cogitationẽ tuã sicut illi qui sũt in carcẽ. Illi eñ introgãt vbi est nidex ꝛ quãdo venit ꝛ ipsaꝝ pnarũ expectationẽ q̃s meruerũt deplorãt. Ira ꝛ homo debz esse suspẽsus ꝛ am mã suam obiurgare dicẽdo ꝛ cogitãdo. Ve mihi quo audeo stare ãte tribunal xpi ꝛ quo debeo actuũ meorũ reddẽ rationẽ: si ei hec semp meditat⁹ fueris salu⁹ eris. Quarto dz cogitatio hois versari circa mortẽ suam. Eccẽs. vij. Memorare nouissima tua. ꝛ c̃. vñ dt sacerdos iponẽs cineres. Memẽto hõ q̃ cinis es. ꝛ in cinerẽ reuerteris. Aug⁹. Nihil sic reuocat a pctõ sicut mortis cõtinua meditatio. Exẽplũ q̃dã rex erat in grecia q̃ nunq̃ ridere consueuit: q̃dã die dũ q̃rẽt ab eo frat̃ ei⁹ carnal cãm tãte tristi

cerrñdit. Cras indicabo tibi vade in domũ tuã. cũq ille abisset misit rex milites cũ cornu q̃ solebat sufflari sũpter occidẽdos ꝛ fecit sufflari ante domũ fris sui ꝛ iussit eum ligari ꝛ duci ad mortẽ. Et fecit eũ nudũ stare inter q̃tuor milites armatos euagiatis gladijs Deinde fecit venire diuersa gña musicaliũ ante eũ ꝛ dixit ei rex. Frater cur nõ rides: q̃ rñdit. quo possum ridẽ quocũq me vertero video mortẽ ante me. ꝛ ait rex. Ecce illa ẽ causa q̃re ridẽ nõ possum. q̃ ego video q̃ me oportet mori. sed nescio vbi. vel quo. q̃n. ꝛ tũc eũ liberũ dimisit. In cuius signũ legit̃. q̃ xps bñ fleuit in vita sua ꝛ nunq̃ risit. vt testatur Ber. Sepius legi xpm fleuisse nũq̃ aũt legi ipsũ risisse. Hogem⁹

Dñca. xx. Sermo. Cxlvi.

Olite fieri iprudẽtes sed itel ligẽtes q̃ sit volũtas dñi. Eph v. Vidẽs apl's multos ambulantes iprudenter in hoc stũdio ꝛ iõ cũ fatuis vgib⁹ excluderent̃ a regno dei. vt scribit Mat. xxv. Jo mõnet nos in vbis pmissis vt sim⁹ prudẽtes Sandum q̃ q̃tuor creature reperiũtur prudẽtes a q̃b⁹ debem⁹ prudentiã addiscẽ. Job. xij. Interoga iumẽta ꝛ docebũt te. ꝛ volatilia cœli ꝛ indicabũt tibi. s. prudẽtiã. Dria ẽ Leo cuius prudẽtia ẽ vt vestigia delet cũ cauda sua ne a venatoribus inuenia⁹: sic nos prone a venatoribus inuenia⁹: sic nos prone cõfessionẽ debem⁹ delẽ vestigia. i. vitã pteritã ꝛ pctã nrã ne venatores ꝛ. diaboli aliqd vestigiũ pctoꝝ nroꝝ inuenãt in quo nos capere pñt. Ps. Dti q̃ re. sũt ꝛ c̃. vñ dauid dauid dicẽs. Miserẽ mei dñe fm magnã nrã ꝛ c̃. Dyabol⁹ eñ scribit oia pcta nra et q̃ntũcũq pua ꝛ negligẽtias. Exẽplũ legit̃ de btõ augustino cũ esset in oratione vidit demonẽ euntẽ ꝛ magnũ libꝝ portãtẽ ꝛ adiuuauit eũ vt dicẽt sibi q̃d in eo scriptũ esset. Qui rñdit

pctā hoīm ⁊ neglīgētias eoꝝ Cui Augꝰ. Oñde ī libꝝ si meo sū notatꝰ ⁊ apto libro īuenit ī eo scriptū qꝺ q̄dā die oblitꝰ fuerat dicē cōpletoriū suū et statī otritꝰ repetiuit cōpletoriū ⁊ apto itꝝ libro īuenit hoc totū dele tū. Ecce creatura ē serpēs q̄ nos docet prudentiā. Mat. x. Estote prudentes sicut serpētes. Prudētia serpētis ē qꝺ ad vocē incātatoris obstruit aures suas. s. vnā terra aliā causa. Ps. Sicut aspidis surde ⁊ obturātis aures suas q̄ nō exaudiet vocē incantatoris Incātator ē diabolꝰ q̄ sua icātatiōe mltos decipit ꝓmittēdo lōgā vitam vel bona tēporalia. Mat. iiij. Hec oīa tibi dabo si cadens adoraueris me. Ber. Demonū est suggestiones malas ingerē. nostꝝ ē illis nō cōsentire ⁊ quotiēs resistimꝰ diabolū superamꝰ. angelos letificamꝰ. deū honoramꝰ. De suggestione dyaboli habemꝰ exemplum in beato hilario q̄ cum iret cōtra hēticos ꝓ defensiōe fidei. diabolꝰ associauit se ei in specie hois seruiēs sibi ⁊ portās saculū eiꝰ et multa alia huiꝰa sibi exhibuit. Et q̄si opatiēdo ei hospitauit eūdē vt modi cū de vino bibēt ⁊ gustaret vt forti or fiēt ad eundū ī quo sibi osēsit. Deinde osuluit vt carnes comedēt ⁊ sic fecit. Cū aūt venissz ad ciuitatē q̄dā duxit eū ī domū ciuisdā religiose femine ⁊ petrauit vt mutuo sibi cōfabularent ⁊ sepiꝰ ad peccādū instigauit: ꝫ volēte deo btūs martinꝰ ī spū cognouit q̄ occurrēs demonē acto fugauit ⁊ illū liberauit alꝫ lapsus fuisset. Ecce deceptio diaboli Quotiēscū qꝫ ergo diabolus suggerit nob mala dēmꝰ ad modū aspidis obstruēaures vnā ēra cogitādo qꝺ ēra sumꝰ ⁊ in ē tā reuertemur Eccē. vij. Memorare nouissima tua ⁊ ī ēternū nō peccab. ⁊ alterā causa cogitādo finē q̄ sequiē ꝓsequaudia pītis vite. Ore. Cōtinuꝰ

succēssus rex tpaliū cērtū ē eēne dā natōis inditū. Terra creatura a q̄ prudētiā addiscē dēmꝰ ē formica q̄ docet nos prouidere de futuro. Pro. vi. Vade ad formicā o piger hō ⁊ cōsidera viā eiꝰ. i. opatiōes ⁊ discе sapientiā q̄ cū nō ꝫeat ducē q̄ eā doceat aut ꝓceptorē qui eā cogat. pat tū ī estate sibi cibū ⁊ congregat ī estate qꝺ comedat ī hyeme. sic dz hō in pītī vita congregare frūs bonoꝝ opm vī viuat in futura vita. vñ apls ad Gal. vi. Dum tps hēmꝰ operemur bonū ꝓpt̄ qꝺ laudauit dñs villicū iniq̄tatis q̄ fecerat prudenter ⁊ ī futurꝝ sibi prouiderat Nota palolā do. ix. Post festū ēm. ī ser. Hedde rōez. Amb. in q̄dā epla Nullꝰ frūs occi: ymo diſpēdiū gnat otiosus siue tardꝰ vñ debemꝰ facē sicut ille rex q̄ cū sciret post annū se in exiliū mittēdū ꝓmisit sibi multa bō. Heq̄. in ser. Prepara te in oc. ī ꝓn. libri. Seneca si prudēs esse cupis ī futuro pspectū intēde. Quarta creatura ē q̄ nos docere debet q̄dā piscis qui in naturis aialiū cum sentit tempestates maris adiungit se lapidi ore adherendo ne a pcellis hinc iacteē. Vare est preses seculū qꝫ sicut in mari sunt multa pericula. Ber. Pericula huius mundi probat transeuntiuꝫ raritas. pereuntium multitudo quia inter multos vix transit vnus homo qui non pereat in periculo huiꝰ mundi quia multi sunt vocati pauci vero electi. Idem Bernardus dicat. Deu mihi quia vndiqꝫ mihi pericula. vndiqꝫ mihi bella. vndiqꝫ mihi tela volant. vndiqꝫ mihi temptamēta. quocunqꝫ me vertam nulla securitas ⁊ que mulcent. ⁊ que molestāt timeo et esuries ⁊ refectio somnꝰ ⁊ vigilie labor ⁊ requies semper militāt aduersum me non minꝰ suspectus est mihi iocꝰ ira. Cum igitur tot pericula sūt in hoc mari. paucissimi trāseūt quin

† Ista in hoc mundo sunt multa pericula.

periclitẽtur. Exemplũ quidã clericꝰ ammonitꝰ ab amico suo epõ vt alijs beneficijs suis resignãs vnũ tantũ reseruaret. q̃ respõdit temptabo vtrũ plurib⁹ meis bñficijs possim saluari. Tunc eps adiurans eum ⁊ pcepit ei vt post mortẽ ad eũ rediret ⁊ de statu suo sibi reuelaret: mortuꝰ ergo ipse apparuit dicẽs se eternaliter esse dãnatũ ꝓpter auariciã. Et post multa q̃ fiunt ab epõ dicens: viuet ne adhuc aliqs sup terrã Qui respõdit quo sic queris: certe postq̃ mortuꝰ fui tam magna multitudo descẽdit ad infernũ q̃ nõ credebã tot hoies esse i mũdo: debemꝰ ergo prudẽtes esse sicut pisces iste adherere lapidi. i. xpõ quãdo insurgũt tẽpestates tẽptationũ ⁊ tribulationũ recolẽdo passionẽ ⁊ tribulationes q̃s ipse in hoc mũdo sustinuit. tũc nulla pt ꝑualere tẽptatio. Origenes. Tanta ẽ virtꝰ passionis xpi. q̃ si infidelium mẽtib⁹ habeat. nulla iuidia pt preualẽ. nulla libido. sed cõtinue ad memoriã eiꝰ passiõis totiꝰ pcti ⁊ mortis fugiet exercitus. Item nulla aduersitas vel tribulatio pt hoiez vincẽ. Gre. Si passio xpi ad memoriã reducat mihil ẽ q̃ nõ equo aio tollerat. Ber. mihil dulcꝰ in tribulatione q̃ passionẽ xpi meditari. Exẽplũ Iuuenis q̃dã religiosus fuus est. Legẽre in h. q̃ q̃q̃ scpta sũt i ꝓncipio huiꝰ libri. Nogemꝰ

De eodẽ Sermo. Cxlvij.

Ntrauit aũt rex vt videt discumbẽtes Isaie. xxij. Rex iste deus est q̃ est rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ qui videt oẽs hoies i pñti vita q̃dãmodo. Videt bonos ⁊ malos generaliter: sed electos videt miserit⁹ditẽ: i futuro videt malos horribiliter ⁊ bonos delectabiliter. Primo dico videt bonos ⁊ malos generaliter. Psal. De celo respexit dominꝰ vidit oẽs filios hoim siue bonos siue malos ⁊ oia facta eoꝝ tam in tenebris q̃ in luce. Heb. iij. Oia nuda et apta sũt oculis eiꝰ. Eccl. xlij. Omnia eius luciores sũt sole cõtemplantes oẽs vias hoim ⁊ pfundũ abyssi et hoim corda intuẽtes in absconditas ptes. Job. xxxi. Nõne ipse cõsiderat vias meas ⁊ cunctos gressus meos dinumerat. Gre. sic deꝰ vniuscuiusq̃ vias cõsideat vt nec minutissime cogitationes nec minutissima verba q̃ apud nos vsu viluerũt eius vero iudicio indiscussa remanebũt. Multi ⁊ multe sũt q̃ credũt cogitatiões suas et occulta latẽ de q̃b⁹ Ds. Dixerũt. Nõ videbit dñs: nec intelliget deus iacob. q̃ plãtauit aurẽ nõ audiet. ⁊ c. Attẽdãt occulte pcãtes q̃ deꝰ oia audit ⁊ videt. Augꝰ. q̃ si latrat ⁊ a nemine hoim videat q̃d faciet de illo desup inspectore quẽ nihil latere pt. Vñ legit in vitaspa. q̃ patrum q̃ abbas audiẽs q̃ thays meretrix ꝓpter pulchritudinẽ suã multas aias dãnauit. Req̃. in festo ascẽ. in ẽmo. Ecce ascẽdet q̃si aq̃la. Secũdo videt dñs ꝑdestinatos pcõres gr̃ã ipsum dẽdo misericordit. Sap. iij. Gr̃a dei et mia eiꝰ in scõs suos scz i ꝑdestinatos pcõres ⁊ respectꝰ in electos illius. Hoc mõ respexit dñs petrũ post trinã negationẽ qui egressus foras fleuit amare. Lu. xxij. Ambro. Dñs int flagella petrũ lacrimantẽ oculis mie respexit. q. d. plus doleo ꝺ tuo pcõ q̃ de meo flagello. hoc mouit matheũ in thelonio Glo. non tm visu corpis sed intuitu misericordie ⁊ traxit eũ ad se. Sicut videmꝰ in lapidib⁹ vel in alijs creaturis q̃ q̃dã virtute eiꝰ ferrũ ad se trahũt. Si hoc possibile ẽ creatue quãtomagis creatori. Exemplũ habemꝰ in filio ꝓdigo. Lu. xv. Qui filius cũ longe esset vidit eũ pater eius ⁊ misericordia motus est et occurrit ei ⁊ c. ⁊ paulo ante supra illo verbo. Surgam ꝺr Augꝰ apposuit

ille non habuisset nisi oculus diuine misericordie inspexisset eū Primo ergo respexit eum misericorditer bonum ꝓpositum immittendo: postea respexit eum amicabiliter recipiēdo. Nota parabolam breuiter. Homo quidaz habebat duos filios et iuniorē dereliquit patrem ⁊ abiit ī regionez longinquam ⁊ ibi male cōsumpsit bona sua ⁊ tandem venit ad talem miseriam ⁊ inopiam q̄ desiderabat cum porcis cōmedere tūc ad se reuersus cognouit statum suū ⁊ ait Surgā ⁊ ibo ad patrē meum ⁊ querā grām ⁊ cū esset in via anteqū appropinquaret ad patrē vidit eū pr̄ venientē ⁊ mia motꝰ occurrit ei ⁊ amplexatus ⁊ osculatꝰ est eū ⁊ dedit ei nouā vestē ⁊ calcamēta ⁊ anulū in manu et fecit ei cōuiuiū ⁊ letatꝰ est cū omni familia. Homo iste deꝰ pater ecclesiis ē qui hz duos filios bonos ⁊ malos. Malꝰ sepaē ab eo qñ pctm̄ committit Isa. lix. Pctā vestra diuiserūt inē vos ⁊ deū vestr̄. Venit in regionē longinquā. i. potestatē diaboli tūc lōge est a deo. sm psal. Longe a peccatoribꝰ salꝰ Et osumit bona sua male a deo sibi collata. Hoc fit qñ bona naturalia scz sensus auditū facundiā et fortitudinē in alias grās osumit. s. in seruitio diaboli tūc incipit egere. i. diuina grā carere q̄ priuaē omnibz bonis que in ecclesia sunt. Et tūc in se reuersus. i. deꝰ hominez aliquādo respicit per diuinam grām immittēdo ei aliquam tribulationē q̄ duat eum ad cognitionem. vnde dr fame facta reuersus dicit surgā ⁊ agit pnāz ⁊ c. Eze. Mala q̄ nos hic premūt gtiꝰ ad deum ire cōpellūt. Et quādo incipit redire tūc deꝰ incipit eum oculis sue misericordie inspicere ⁊ occurrit ei grām infundēdo ⁊ cadit sup collum eius eū osculādo ⁊ patri reformādo dicēs. Cito pferte stolā pmā. Quid est pma nisi status innocētie q̄ illi restituit. Et quid est ānulum in manu eiꝰ dare nisi eū amore diuino despōsare ⁊ tūc fiunt cōuiuiū magnū quia gaudium ē angelis dei sup vno pctō re pnām agēte. Exemplum quedaz meretrix publica q̄ multis annis diabolo seruiebat. quadam die vidit dr portare corpꝰ xpi per plateas a sacerdote ⁊ genu flexo more solito eum adorabat ⁊ respexit eā dns oculo diuine mie ⁊ mittēs ei ptitionē ⁊ ꝯmitionē sui statꝰ q̄ dixit in corde suo. Heu misera peccatrix quo audeo stare ī ospcū dei qz dia pctā mea cognoscit: ⁊ occurrēs cecidit añ sacerdotē in lutū cū lacrimis dicēs. dñe ihu xp̄e si tu es qui natꝰ es ex maria virgine qui passꝰ es ꝓ me miserē mihi pecca tria sm tuam magnā misericordiaz. Et ecce vox de pixide dixit Vade, filia mea dimissa sunt tibi omnia peccata tua ⁊ noli amplius peccare Cieca setū nota q̄ ī futuro videbit dominꝰ malos horribiliter ⁊ hoc in iudicio extremo. De quo dr in ꝓposito. q̄ rex intrauit vt videret discūbētes ⁊ vidit ibi hoiem nō vestitū veste nuptiali. i. caritate. Eccles. ix. Omni tpe vestimēta tua sint cādida. i. opa eiꝰ sint mūda Ille visus ē horribil. Apoca. i. Oculi eiꝰ q̄si flāma ignis De quo Augꝰ. Nallēt reprobi oēs pēnas infernī sustinē q̄ facez iratī iudicis videre Malachie. iij. Quis stabit ad videndū eū ipse em̄ est q̄si ignis oflans Apoca. vi. Tunc dicent montibꝰ ⁊ petris cadite sup̄r nos ⁊ absc̄ondite nos a facie sedentis ī throno ⁊ ab ira agni. i. iudicis. qui nūc mansuetꝰ est sicut agnꝰ Tūc erit fremēs sicut leo Amos. iij. Quasi leo rugiēs quis nō timebit. Istud figuratū est Apoca. i. vbi iohānes vidit xp̄m sedentē ⁊ ex ore eius pcedebat gladius ex vtraq̄ parte acutus. per istum gladium

ſignificatur vltima ſentẽtia que ſcin
dit corp⁹ ⁊ aiam qñ dicet Ite ma
ledicti in ignem eternũ · qr tunc per
petue ardebit anima cũ corpore · Vñ
dixit de illo qui iuent⁹ eſt ſine veſte
nuptiali · Ligetur ille mamb⁹ ⁊ pedi
bus ꝓiciate eum in tenebras exterio
res · ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentium ·
Hanc viſionez horribilẽ faciũt pecca
ta hominũ · Gene · vi · Videns dñs qꝫ
malicia hominũ eſſet in terra ⁊ c̃ · De
lebo iñt hoiem quem creaui · gloſa ·
qr a malicia ceſſare non ꝓpoñt · Ihe
rom · Nihil ita impugt qꝫ cor ipemtẽſ
oĩs impemtẽs ꝓuocat iudicantez · ſo
lũ crimen ẽ qđ remã ꝺſequi non ꝑt:
ſed ſi illũ horribilẽ viſũ volumus ꝑca
uere debem⁹ facere ſm qꝫ legit̃ in vi
taſpã · qꝫ quidã frater venit ad ãmo
nem abbatẽ · Dicẽs pater dic mihi v̊
bũ edificatoriũ · Rndit̃ m ſer · vt q̃d
cogitatis ma · ⁊ c̃ · Ite videt dñs ele
ctos ſuos delectabilit̃ · Jo · xvi · dixit
ihs diſcipul̃ ſuis recedẽs ab eis · vos
quidẽ nunc triſticiã habebitis · iterꝫ
autem videbo vos ⁊ gaudebit cor ve
ſtrum ⁊ gaudiũ veſtruz nemo tollat
a vobis · Ber · O bone ihesu ſi in hoc
exilio dulce eſt flere · doce q̃d erit in
ſumma patria gaudere · o qꝫ iocunda
erit viſio illa qñ electos ſuos videbit
et nihil in eis inuenit qꝫ oculis eius
diſplicere poterit · Eccl̃ · xxxvij · Ocu
li dei intelligẽtes ſe · quãto ergo nũc
plus deũ diligim⁹ tãto oculi dei in nos
et oculi noſtri in deũ infigũtur · Aug⁹
Nihil ſuauiꝰ : nihil amore dei dulci?
qui q̃nto hic fuerit feruẽtior tãto vi
ſio erit ſuauior : ⁊ quãto nũc deſidera
mus feruẽtius tãto intuebimur ipſũ
clariꝰ · Huius figurã habem⁹ .i. Rndit̃
vbi dr qꝫ Jonathas venẽs ſup vnũ
pratũ ſup qđ multũ ceciderat de mel
le ⁊ accipiẽs virgã quã in manu tene
bat intinxit in fauo mellis ⁊ comedit
et apti ſũt oculi eiꝰ ; ꝑ ionathan itel
ligit̃ quilibet fidel̃ q̃ venẽs ad illud
celeſte pratũ guſtauit de melle dñi
tatis · tũc ꝓmo aperiẽtur oculi eius
qñ cognoſcit deũ plenaria cognitione
nõ ꝑ ſpeculũ in enigmate ſicut nũc ẽ
ſed facie ad faciez : ⁊ ſalua facta erit
tũc aia cuiuſlibet · Rogem⁹

Dñica · xxi · Sermo · Clxvij ·

Rouitewos armaturã dei vt
poſſitis ſtare aduerſus inſidi
as diaboli Epho · vi · apl's vi
dẽs eſſe diuerſas inſidias ſiue tẽptatio
nes diaboli docet nos q̃liter eis reſiſtẽ
debem⁹ · Sciendũ aũt qꝫ diabol⁹ mul
tis modis tẽptat hoiem ſiue inſidiat
Prio diabol⁹ temptat hoiez illo pctõ
ad qđ vidit hoiem eſſe magis inclina
tũ · ſicut rex volẽs impugnare caſtꝝ va
dit in pte debiliori · Gre · Diabol⁹ mo
res vnuſcuiuſq; reſpicit cui vicio ſit
ꝓpinquior ⁊ illa poſt añ facit ſuã ad
que viderit facili⁹ inclinare mentẽ ·
ſicut venator ponit laqueum ſuũ vbi
beſtie ſolẽt magis ambulare · qđ ogi
tãs Pſal · In via hac q̃ ambulab̃ abſco
ſuerũt laqueũ mihi · Et ideo volẽs di
abol⁹ temptare dñm cum videret eũ
eſurientem : temptauit eum de gula
Matth · iiij · Si filiꝰ dei es dic vt lapi
des iſti panes fiant · Et duos ſenes
quos cũ viderat cum frequentaret
domũ ioachim ⁊ cõtemplabãtur ſu
ſannam q̃ valde pulchra erat · temp
tauit eos per luxuriã · Dameł · xiij ·
Speties decipit te ⁊ cõcupiſcẽtia cõ
uertit cor tuũ · Nota hyſtoriã · Simili
modo temptauit regem dauid ꝑ lu
xuriam qñ vidit eum ocio vacãtem
et berſabee q̃ ſe lauantẽ intuebat̃ ·
ij · regũ · xvi · Gre · i morali · Jbi imm
cuis ſtipulã ponit vbi ſemitã mentis
eſſe ꝺcupiſtit : quia ille periculum de
ceptionis inferet : vbi viam ꝓpinquio
rem eſſe inuenerit cogitationis · Ex
emplum · Quidam frater multũ tẽp
tabat̃ a ſpũ fornicatiois · Rndit̃ i ꝑ

Qui se exaltat humiliabit̄ i ꝓmo mē
bro. Secundꝰ modus diaboli tēptan
di ē q̄ qñ non p̄t p vnū pctm̄ vincē
temptat p aliud: sicut medicꝰ q̄ mui
tat hoīem ad diuersa ferula vt saltē
vnū comedat. Gre. Continua tēpta
tione pulsat diabolꝰ vt saltem tedio
vincat. Ber. Habet antiquꝰ hostis
mille nocēdi artes. vñ sigificat̄ p tur
rim Dauid de q̄ mille clipei dep̄debāt
et iō mille artifex nūcupat̄. Diabolꝰ
em̄ facit sicut ille rex q̄ volens castꝝ
capere: qñ non p̄t expugre ab vna p
te ab alia pte temptat: qñ em̄ nō p̄t
vincere p vnam machinā: facit aliā
vel terciā. aliqñ ꝓiciat lapides. aliqñ
ignem vt tandē vincat. Exemplum
in xp̄o quem cum diabolꝰ vincere nō
potuit per gulam. temptauit per va
nam gloriā: et cum sic vincere non po
tuit temptauit p auaricīā. Sic adhuc
solet diabolꝰ fideles impugre. Istud
figuratū est. i. Re. xvij. vbi dr. q̄ gō
lias occurrit dauid cum clipeo hasta
et gladio et c̄. Per goliam sigificat̄
diabolꝰ qui occurrit Dauid. i. cuilibz
fideli cum clipeo hastam gladio. i. cuz
diuersis temptationibꝰ. vt quē vin
cere nō potest persuasionibꝰ saltem
vincat terroribꝰ. Hugo. in libro. ij.
Diabolꝰ decipere quem temptat ꝑus
naturam vnuscuiusq̄ scrutat̄ et ide
se applicat vbi aptum hoīem ad pec
candū repit etiam viros religiosos
quos nō potest vincere p luxuriā. ā
auaricīā temptat eos p vanā gloriā
vel ieam vel inuidiam. Exēplū. Qui
dam monachꝰ deuotus cum esset in
oratione vidit diabolū vementem et
saccum magnū portantē et adiuāuit
eum vt diceꝫ sibi q̄d in sacco porta
ret. Qui rñdit. diuersas piricēs in q̄
bus sunt diuersa electuaria. At ille.
At q̄d portas illas. Qui rñdit. vt de
cipiā monachos istos q̄dq̄ nō vult
de vna: dabo sibi de secunda de tercia
de quarta et p cōsequēs oia vt saltē
sibi vnū placeat quo eam alliciam et
decipiam et sic euanuit. Tercꝰ modꝰ
diaboli temptādi est q̄ magis impu
gnat bonos q̄ malos Ecci. iij. Fili ac
cedens ad seruitutem dei sta in iusti
cia et timore dei et ꝑpara animam tuā
ad temptationem: q̄ tunc magis hō
mines impugnat quādo sibi cōtrari
antur. Vnde dicit beatꝰ Greḡ. Ho
stis noster quāto magis nos contra
bellare sibi cōspicit. tāto magis im
pugnare intēdit. Illos enim pulsare
non negligit. quos quieto iure possi
dere se nō sentit. Istud figuratum ē
in holoferne qui impugnit filios isr̄l
sibi resistētes. vnde dixit ad iudith.
Ego nūq̄ nocui viro qui seruiuit vo
luit regi babilonis scz nabuchodono
sor. Populꝰ autem tuꝰ si nō cōtemp
sisset me nunq̄ leuasset̄ hastam otra
eum. Judit. xi. Vnde quanto magis
sanctiores sunt hōmines tāto magis
eos impugnat diabolus. Exemplum
quidam sanctus trāsiuit per heremū
et vidit supra domum cuiusdam he
remite multos demones sedere: sed
cum venisset ad proximam ciuitatez
vnum tātum vidit. quesiuit ab eo q̄
re illic tāti essent et hic tantum vnꝰ
Respōdit demon Heremita ille ē bo
nus hō. et ideo ibi multi sūt demo
nes querētes eum seducere. hic autē
omnes qui sūt in ciuitate mali sunt.
et ideo nō indiget̄ nisi tantū vno cu
stode. Quartꝰ enim modꝰ temptādi
diaboli est q̄ quādo nō potest hoīem
seducere et vincere tūc cessat ad tem
pus. et quādo hō minime se custo
dit et securꝰ est tūc insidiat̄ ei et de
cipit eum Vnde Ecclesiastici. ix. Bona
in mala cōuertēs insidiatur. et in ele
ctis impōit maculam. Exemplum.
Luce. xi. vbi dominꝰ dixit. Cum im
mundus spiritus exierit ab hōmine.
id est a tēptatione hominis cessauerit

ambulat per loca maquosa querēs requiem ⁊ non inuenit ſm Gre. Loca maquosa ſunt corda iuſtor q̄ per diſcipline fortitudinem ab omni carnalis cōcupiſcentie humore ſiccātur. Tunc dicat. Reuertar in domū meā vnde exiui ⁊ veniens inuenit eam vacātem per negligentiam ſcobis mundatam ⁊ ornatam: ſcz ſolum per exteriorem apparētiam Tunc vadit ⁊ aſſumit alios ſeptem ſpūs nequiores ſe: ⁊ ingreſſi inhabitāt ibi per continuam ipſi⁹ temptationem ⁊ fiūt tūc nouiſſima hominis illi⁹ peiora prioribus. ij. Pe. i. Veli⁹ enim eſt nō agnoſcere viam iuſtitie q̄ poſt agnitā retrorſus cōuerti. ūt Gre. in moralibus. Noſtis noſter ſua malicia tāta arte ſe palliat vt plurimū ante mentis oculos virtutes fingat vt ea que quiſq; expectat pīmia inde eterna dign⁹ erit inuenire tormēta. Ideo monet nos apoſtol⁹ Roma. xiij. vt induamur arma lucis .i. operibus virtuoſis ſibi reſiſtēdo. Ihero. Semper aliquid boni facito vt te dyabolus inueniat occupatum: ⁊ tunc nō audet te temptare. Cui⁹ figuram habem⁹ in iuda machabeo: qui cum vidit lyſiā cōtra ſe vementem cum multo exercitu iuſſit ſuos armari. Cum autez vidiſſet lyſias armatos viros perterritos: fugit cū exercitu ſuo. Per lyſiā intelligit diabol⁹ qui cum viderit iudam. i. fidelem armatum ⁊ indutum armis virtutum fugit nec audet appropinquare: ⁊ ūr Jaco. iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vob. Rogem⁹

De eodē. Sermo. Cxlix.

Omine deſcende vt ſanes filium meum prius q̄ moriat. Joh. iiij. In hoc euāgelio legitur. q̄ dom⁹ ſanauit filium regu li febriatātem. Et poſſumus notare duo. Primo ipſam febrem. Secundo dominū ſanātem. Agendum autem q̄ per febrem ſignificat peccatū mortale ꝓpter multa. Primo ſicut febris facit hominez debilem ad operādum ſic homo q̄diu eſt in peccato mortali non poteſt facere op⁹ meritorium q̄ deo placeat. Greg. Qui in caritate nō eſt omne bonum q̄ operatur amittit ſupple quātū ad premiū eternū. Hoc patet in ſaul qui multa bella pugnauit pro populo dei: ſed q⁹ i peccatis fuit deo nō placuit. Secūdo nam ſicut febris affligit corp⁹ ſic peccatum affligit animam. Iſa. xlviij. Non eſt pax impijs. Jhere. xij. Non eſt pax vniuerſe carni .i. homini viuenti carnaliter q⁹ ſemper habz retrorſū conſciētie. Ecōtra boni habent pacē interi⁹ ⁊ leticiam ſpūalem. Prouer. xv. Secura mens quaſi iuge cōuiuiū. Iſiō. Nulla pena grauior q̄ mala cōſcientia Vis autem nunq̄ fieri triſtis bene viue. Richard⁹. Bona conſcientia nihil eſt iocūdius: nihil ſecuri⁹ premat corp⁹: trahat mūdus: terreat dyabol⁹: ⁊ illa ſecura erit cum corpus morieē. ſecura cum vtrūq; ante tribunal iuſti iudicis ſtatuetur. Tertio febriatāti aby eſt nociuus qui ſano eſt ſalutifer⁹. Sic ābus corporis dōmini noſtri ihēſu xp̄i qui iuſtis eſt aby⁹ ſalutis. ſit peccatoribus aby⁹ eterne dānationis. ꝓ. Chor. xi. Qui mānducat ⁊ bibit indigne iudicium ſibi mānducat ⁊ bibit. Aug⁹. De vno pane accepit iudas ⁊ petrus. ſed petrus ad vitam ⁊ iudas ad mortem Ber. ponit exemplum ī flore: mel fit de flore ī apib⁹: ⁊ venenum in araneis: ſic corpus xp̄i iuſtis ad ſalutem malis ad eternam damnationem Aug⁹ Magis peccāt qui tradūt xp̄m crucifixum peccantib⁹ membris q̄ iudas qui tradidit illum crucifixoribus iudeis. De tali materia require ī ſermone. Paſcha noſtrū. Secūdo notādū q̄ dom⁹ ſanauit iſtum infirmū ⁊

sic sanat pctorē trib⁹ modis Pri mo p afflictionē corpis. Job. v. Ipe vulnerat ⁊ medet. percutit ⁊ manus eius sanabit. vel vulnerat ⁊ percutit corp⁹ ⁊ medet aiam. ij. Corin. xij Cū infirmor potēs sū. i. fortis in aia. Istā figuratū est i adolescēte quē dns suscitauit: de quo dr Lu. vij. Cum appropinquaret porte ciuitatis ecce offerebatur filius vnicus matris sue ⁊ tetigit lectum feretrū ⁊ surrexit adolescēs Per mortuū istū significat aīa mortua in pctis. Sap. xvi. Per maliciā occidit hō aiam suā Aug⁹. Sicut vita corporis ē anima: ita vita aie est ipse deus Isa. lix. Peccata vestra diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrum. Per feretrū significat corp⁹ in quo fertur anima Hoc tangit de⁹ quando flagellat hoīm̄ē per aliquā infirmitatē: tūc adolescēs mortuus. i. anima mortua resurgit p saluatorē. Vnde legitur in vitas patrū. q cum quidam peteret a Johāne heremita vt eum a tertiana sanaret: respōdit. Nem tibi necessariā cupis tibi auferri: sicut em̄ corpa medicamētis ita aīe languorib⁹ curant. Exemplū. Quidā usurari⁹ noluit ab usura cessare ⁊ cōfiteri: licet eū vxor sua multū moneret p mortē ⁊ extremū iudiciū. Cuncq nō pficeret roga uit deum vt eum castigaret ⁊ statim cecus factus est ⁊ cū mimme se emēdaret tūc de⁹ fecit eum infirmari. Cūq cōsuleret medicos dixerūt q nō poset mortē euadere: ⁊ tūc dixit vxori: quid faciā modo? Que respōdit Vocate medicū anime: vocauit ergo sacerdotē p̄mittēs omnia reddē. Cumq sacerdos corp⁹ xpi portasset surrexit ille nudus coram omni populo ⁊ accepit vnū marsupiū supra dorsū ⁊ aliud ante faciē ⁊ venit ante sacerdotē clamās iudiciū super ipsum dixit. O domine de⁹ predo fui ⁊ fur i oib⁹ diebus vite mee miserē mihi pctōri ⁊ fecit se virga cedi a sacerdote. Cūq ille ad lectū peruenit orauit deum dicens. O dñe deus si misertus es mihi in aliquo signo peto mihi ostēdere dignetis ⁊ statim visū recepit. Item dixit Ostēde mihi si digne possum corpus xpi. s. tuum recipere. Et ecce manus depinde exiēs corpus xpi sibi obtulit: ⁊ sic fideliter mortuus est. Ecce pter q dns sanat aiam̄ per infirmitatem: q dicat Psal. Multiplicate sūt infirmitates eor postea acceleraue rūt. Secūdo sanat dominus verbo predicationis. Psal. Misit verbū ⁊ sanauit eos: sicut figuratū est Mat. viij. vbi dr q centurio venit ad Jhesū dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus. Sed dic tantū vbo ⁊ sanabit puer meus. Per seruū istū significat pctor qui est seruus diaboli. Jo. viij. Qui facit peccatū: seruus est peccati. Crisos. Anteqū peccauerimus liberi facti sumus: si semel operibus diaboli nos obligauerimus iam nostra vtute euadere nō possumus: nisi diuina misericordia adiuuāte. ij. Petri. ij. A quo quis victus est ei⁹ ⁊ seruus est. Qui ergo vincatur a diabolo p pctm̄: seruus est diaboli ⁊ talis infirmus est in anima: q sicut infirmus nō potest operari: ita talis nō pt facere opa meritoriū ⁊ talis aliquādo saluabit p verbū predicationis: q sepe cōtingit q peccator in ecclesia vnū verbū audit in p̄dicatione per qđ contritionē cōcipit. ⁊ liberatur ab ommib⁹ pctis suis. Exemplū. Paul⁹ heremita videns hoies intrātes ecclesiā ⁊ inter alios vidit vnū magnū ⁊ tenebrosū sicut carbonē ⁊ demones ducēbāt eum catenatū ⁊ vinctū gaudētes ⁊ psallentes ⁊ angeli seqbant̄ tristes ⁊ flētes a longe. Cuncq verteret ad orationē et fleuit p eo quod viderat: surgēs ab oratione vidit eum clarū pulchrū q de ecclesia exeūtē ⁊ angelos arca

eum letãtes ⁊ demones remotos cõ fusos ⁊ flẽtes. Et reuelatũ est ei ab angelo: q̃ ille pct̃or audito vlo dei i eccĩa cõtrit⁹ est ⁊ mũdat⁹ est ab oi peccato. Sap̃. xvi. Etenim neq̃ herba malagma sanauit eos: sed sermo tu⁹ dñe qui sanat oĩa. Tercio sanatur homo p humilẽ orationẽ. Ps̃. Domine deus meus clamaui ad te ⁊ sanasti me. Istud figuratũ est in muliere chananea. Mat̃. xv. que clamabat ad dñm dicẽs. Miserere mei fili dauid. filia mea male a demonio vexatur. Cui respõdit dñs. Nõ est bonũ sumere panem filior̃ ⁊ mittere canibus. q̃. d. tu es cans ⁊ nõ es digna vt detur tibi grã mea que solet dari filijs dei. At illa humiliãs se dixit. Etiam dñe. nam ⁊ catelli edũt de micis ⁊ c̃. q̃si. d. verum est quod tu dicis. Ego nõ sum digna ad papiendũ tuam grãm ita plenarie vt filij dei. fac mihi saltẽ vt sit catulis. da mihi micas gratie tue. i. modicum quid: ⁊ respexit dñs humilitatem orõis sue ⁊ sanauit filiam ei⁹. Per mulierẽ istã quã dominꝰ canem appellauit signatur pct̃or caminã ⁊ bestialẽ vitaz ducens. De quo Apo. vl. Foris ãt canes et venefici. i. pct̃ores qui sunt foris. i. extra cõmunionem sancte ecclesie. Vnus filia. i. anima vexatur a demonio: q̃ quot peccata mortalia perpetrauit: tot demonia habet. ⁊ obsessa est tot demonijs. vnde maria Magdalena dr fuisse obsessa septẽ demonibus: q̃ septẽ pctis mortalib⁹ imolu ta fuit. ſm Crisſ. Sed si volum⁹ sanari in aĩa debem⁹ orare cum ezechia. Cui cum vita esset negata a deo per pphetã. ad parietẽ conuersus fleuit amare ⁊ orauit ad dñm ⁊ die tercia fuit sanat⁹ ita vt intraret tẽplũ Nota hysto. in. Ke. xx. q̃ Cassiod. dicit sup Psal. Oratio abstrahit cor a terrenis: mũdat a vitijs: subleuat ad celestia: ⁊ reddit capacius ⁊ dignio⁹ ad acapiẽda bona spũalia. Exemplũ monialis quedã temptata exiẽs ordinẽ apostatauit seducta a iuuene: pessum tpis cũ eam iuuenis deserẽt facta ẽ publica meretrix: quodã tpe cogitare cepit de statu suo in quo fuerãt ante illũ miser̃ statum in quo fuit. Cunq̃ cogitaret de districto iudicio dei q̃ redditura esset rationem de omni tpe vite sue. de omni verbo de omni cogitatiõe: de omissis ⁊ commissis desperauit dicẽs Peccata mea sunt super numer̃ arene maris: quo ergo rationem reddam coram tã districto iudice. Quadam autẽ die nactiuitatis iacebat sibi q̃ deus tm̃ hũiliaret se q̃ propter hoiem fact⁹ est puer: cepit cogitare intra se. O si posiem ego misera nũc coram isto puero grãz inuenire. Et oib⁹ egressis post missã primã ipsa sola remãsit ãte altare rogãs deũ cũ lacrimis dicẽs dñe Jhesu xp̃e qui propter pct̃ores fact⁹ es hõ miserẽ mihi peccatrici: ⁊ ecce vox de altari dixit. O filia mea dilecta dimissa sũt tibi oĩa pcta tua. vade in pace et amplius noli peccare. Rogem⁹

Dominica. xxij. Sermo. Cl.

Et ecce subito ventus vehemens dõ mum concussit. ⁊ puer raptus ad ec clesiam vbi parentes festum habue rũt collocatur: ⁊ gaudium omnib⁹ generatur. Item quidam vir ab vno iudeo quandam summam pecu nie mutuo accepit: iurãs super alta re sancti Nicolai: cum alium fideiusso rem habere nequiret: q̃ q̃ alij⁹ pos set sibi redderet. Tenẽte autem illo diu pecuniam: iudeus eã expostulat. sed vir debitor eaz sibi reddidisse af firmat. Trahit eum iudeus ad iudi cium ⁊ iuramentum indicatur debito ri. Ille baculum cauatum quem au ro impleuerat secum detulerat: acsi eius indigeret. Volens igitur satisfa cere iuramento: iudeo tradidit bacu lum reseruãdum. Jurauit ille q̃ pl⁹ dederat sibi q̃ deberet. Facto iuramẽ to baculum suum repetit. ⁊ iudeus ignarus astutie eũ sibi reddidit. Re diens qui fraudem fecerat in quodã biuio compressus corruit somno. Cur rusq; cum impetu veniens eum neca uit ⁊ baculum plenuz auro fregit ⁊ aurum effudit. Audiens hoc iudeus conatus illuc venit. Cunq; dolum vi disset ⁊ a multis ei suggereretur vt aurum recaperet: omnino renuit ni si qui defunctus fuerat ad vitam be ati nicolai meritis redderet: asserẽs se si hoc fieret baptismũ susceptuz. et christianũ futurum. Continuo igi tur qui defunctus fuerat resuscitat. et iudeus in xpi nomine baptisatur. Item sanctus nicolaus ex diuitibus et sanctis parentibus originez duxit. Pater eius Ephiphanius. mater ve ro eius Johanna dicta est. Quem cũ in primeuo iuuentutis sue flore parẽ tes genuissent: deinceps continenter viuentes celibem vitã duxerũt.

De conceptione. Sermo quartus

Beatam me dicent omnes ge nerationes. quia fecit mihi magna cuius nomen sanctũ ē Lu.i. Hodie sancta mater ecclesia re colit qualiter maria virgo virginz in vtero matris sue sit concepta. Cir ca verba apposita quatuor reuera ma gnalia a deo sibi facta per sanctitatẽ eius tam sacram testant considerari da. Primo q̃ deus conceptionem suã angelica voce nunciauit. Secundo q̃ ipsam tam in vtero q̃ extra vtrũ matris sue pre omnib⁹ creaturis mũ di mirabiliter sanctificauit. Tertio quia ipsa mediante verbo diuino de um ⁊ hominez concepit ⁊ mater vir go procreauit eum. Quarto q̃ ipsa in terris tribus sortis laureauit qui bus mediantib⁹ ipsam super oẽs cho ros angelorum exaltauit. De quib⁹ verbis propositis dicemus auxiliante gratia diuina. Vnde Mariam angeli ca salutatione precanentes. quati nus ad laudem xpi mihi dicere vobis q̃ ad vtilitatem: vitaq; meliorationem ordinat: hũili corde dicentes. Ave maria ⁊ c. Hodie celebrat sancta ma ter ecclesia qualiter exorta sit ⁊ fue rexit aurora que est finis noctis ⁊ ini cium diei. que huius est nature q̃ ꝑ pellit tenebras ⁊ diem clarum ⁊ sol ardorẽ induat. Hec est que infirmis et debilibus dat alleuiationem. Hec est que latrones cogit intrare tene bras ⁊ nemus ne populus ambulãs in lucem diei ab eis occidatur. Per hãc auroram intellige conceptionez beate virginis Marie. Hec est finis noctis id est tenebrarum per fidei lumen ⁊ initium diei. i. fidei. Hec tenebras no ctis. id est perfidie depellit ⁊ induat diem. s. natiuitatis xpi. diem miseri cordie ⁊ iustitie. diem cõsolationis et gratie. Induat solis ardorem. id est caritatem xpi que eum traxit ad terras: cuius splẽdor illuminat mũdũ

Hec ẽ aurora q̃ infirmis dat alleuiationẽ .i. cõsolationẽ exulib9 pctõrib9 Hec est que compellit latrones .i. demones ad nemus infernine occidãt filios ãbulãtes in luce diei .i. fidei in corpe ⁊ in aiã. Et qr hec aurora tãte est vtutis : ipsa merito dicat hoc vbũ Beatam me dicẽt omnes generationes. Vnde notandũ q̃ deus specialiter q̃tuor genera magnitudinis sibi fecit : ⁊ ꝓpter hoc beatam eam dicẽt omnes generationes. Primo qr de9 conceptionẽ suã angelica voce nũciauit ⁊ hoc sic. In vetri lege fuerunt duo hoies .s. Joachim ⁊ Anna cõiuges recte deũ timẽtes ⁊ steriles : ita q̃ ꝓpter suã sterilitatẽ ab oib9 erãt spreti. Qui cũ multis ãnis in sterilitate mãsissent deũ ieiunijs ⁊ orõib9 iuocabãt ꝓ fructu dicẽtes . O dñe tu q̃ es cõditor oĩm creaturar ⁊ solatio tristiũ : te supplices exoram9 vt fremẽ ventris nob9 dedere digneris quẽ tibi ad seruicũ offerre ꝓmittim9 : vt tibi seruiat in castitate corpis ⁊ aie. Missus ad Annã angelus gabriel dicens . Joachim dare : tua em̃ oratio exaudita ẽ. Ecce de cõsilio altissimi cõcipies filiam cui nomẽ erit Maria. Hec erit diuinitatis speculũ ⁊ eor omniũ miraculum que sũt in celo ⁊ in terra Et hoc mõ beatissima virgo Maria est cõcepta ⁊ nata. ac speculũ diuinitatis ⁊ miraculum oĩm effecta ẽ. Merito eam beatam dicẽt omnes generationes Secũdo fecit ei dñs magna ex hoc q̃ ea tam in vtero q̃ extra vterum sanctificauit. qõ sic ostẽditur. Cum beatissima virgo Maria cepta fuit hõr cursu nature corp9 suũ erat ad recipiendũ animã habilitatũ : ⁊ statim mamisit ei deus animã cum flãma spiritꝰ sancti mediante q̃ fuit purgata ab omni macula ⁊ rubigine pctõr originaliũ. Exemplo isto mitte aurũ purum ⁊ mitte in testam puram ⁊ pone in igne . ignis ardet per testam ⁊ purgat aur . Sic glorioſissimũ corp9 beatissime dei genitricis vgis Marie positum erat in testa .i. in corpe beate Anne matris Marie . qõ pertransiuit ignis spũs sancti ⁊ purificat a rubigine .i. ab omni macula oĩm origiliũ pcatorũ . sic q̃ in vtero matris sue fuit sine pcatore : sine pctõ vixit et sine pctõ decessit. De hac sanctificatione dicit beat9 Bernar. O Maria si omnes sancti celi ⁊ terre conuenirẽt ⁊ eor sanctitas vna esset : nunquid sanctitas tua maior esset. Imo millesies maior Quare : qr oẽs sancti in pcatis cõcepti : nati : ⁊ nutriti sũt et pcauerũt. Tu em̃ fuisti scala p quã ad celum ascenderũt : qr tu nunq̃ pcatum cõmisisti. Ergo de te dicat deuota anima . Cantico . ij. Sicut liliũ inter spinas : sic amica mea inter filias . Itẽ Cantic . iij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nõ est in te. Et qr de9 sic te sanctificauit : ergo beatam te dicẽt oẽs generatiões Tertio de9 fecit sibi magna : qr ipsa mediante vbo dei deum ⁊ hoiem cõcepit. Nõ sic ꝓbat. Cum enim beatissima virgo Maria adhuc esset paruula ⁊ placeret altissimo : despõsata fuit viro ioseph ꝓ miraculũ florẽtis virgule Qui cũ sollicitus esset q̃liter se dispõneret de huiuio nuptiali a die despõsationis : lõge postea nõ vidit Mariam. Accidit em̃ vt Maria exñs naz areth in thalamo suo cõclusa : missus est in ciuitatẽ illã angelus gabriel iuenẽs illaz orantẽ : ⁊ repleuit tabernaculũ eius miro splẽdore. Inquiẽs ad eam. Aue gratia plena : dñs tecũ Que cõfusa timore expauit ⁊ turbata est i sermone angeli ⁊ cogitabat qualis essz ista salutatio. Qui respõdens ait. Ne timeas Maria. inuenisti em̃ grãm apud dñm. Ecce concipies et paries filiũ ⁊ c̃ . vsq̃ fiat mihi ſm.

verbum tuū. De hoc verbo cōcepit in vtero verū dei filiū. Hec ē ista virgo castissima q̄ vnicornem cepit & domauit: qui fuit vagus p oia Vnde de ipsa canit sancta mater ecclesia. Quia quē celi capere non poterāt: tuo gremio cōtulisti. Et q̄ hoc modo deū cōcepisti: ergo merito beatā te dicent oēs generationes. Item quereret aliquis & diceret. Nūo deus natus est de Maria sine viri cōmixtione & virginitatis violatione. Respondeo. Respice rosam vel florem q̄ in se habēt odorem Hunc odorem de se dant sine substātie lesione & sine sue essentie corruptione. Sic beatissima virgo Maria fuit pulcherrima rosa continens in se odorē omnis suauitatis Ihesum xp̄m quem in partu de se dedit sine violatione essentie sue Item sicut sol radios suos mittit per vitrum: nec sol cū penetrat vitri essētiā mutat aut corrūpit. sic xp̄s sol iustitie resplēduit per clarissimā cristallum purissime corporis marie virginis illud nō corrūpēs. Nūo enim corrumpere aut maculaē posset quod est purissimū & omni macula destitutū: vtputa Ihesus xp̄s dei filius. Quarto dico q̄ deus creauit solem clariorē cūctis planetis. dedit em̄ sibi substantiā igneā in quo oclusit virtutē splendoris quē emittit in terrā sine violatione: vulneratiōe. minoratiōe. & destructiōe substātie sue. Sic p̄ oib⁹ creaturis beatissimā virginē mariā formauit pulcherrimā: q̄ sine omni pct̄o. Huic dedit igneam essentiam. i. stabilitatē flāme spūs sancti in q̄ cōclusit splendorē diuini verbi q̄d de se dedit in terra sine violatōne. vulneratione. minoratione. & corruptione sue essentie. q̄ aūt ipsa soli p̄t opari ptz Canti. vi. vbi dr̄ de persona marie. Pulchra vt luna: electa vt sol. Nota q̄ sol triplicat splēdorē recepit a deo. Generat em̄ mediante deo hoiem ex hoie. Vñ Aristo. li. ij. phiſ. Sol & homo generāt hoiem. Secūdo sol est recte medians inter planetas. sic gloriosissima vgo maria recepit splendorē a deo Terao generat hoiem. i. mortuū in pctis viuificat p grām. Item ē mediatrix inter deū & hoīnē pct̄orem. Ver. O maria mūdi medicina. mediatrix dei & hoīs. āgelox letitia. laus sancte trinitatis. honor et gloria mūdi. & tu es medicina peccatox: q̄ pluit de te oleuz misericordie & grē. vnde Ecci. xxiv. Quasi oliua speciosa in campis. Dico in campis: q̄ campus nō est circūsept⁹ nec circumfossus. & ideo ptz ommib⁹ aditus. sic ptz ommib⁹ via ad beatā mariam Ad hanc oliuam curritr̄: corda vestra eius oleo limite & ab omni dolore vos curate Mediatrix dei & hoīs dico. q̄ vtriusq̄ mater est. & ideo filios suos nō simt litigare. Item ipsa est letitia angelorum. q̄ angeli gaudent q̄ p beatam Mariam implebiē chorus eox Est sancte trinitatis laus honor gloria & potētia: quam potētiā pater dedit matri Marie per suaz bonitatem. Nam ipsa ē patris & filij & spūs sancti sempiternū habitaculum Hinc est q̄d scā mater ecclesia canit Gaude Maria vgo: cūctas hereses sola interemisti & c̄. versus dr̄. Erubescat iudeus infelix & c̄. q. d. Erubesce tu iudee infelix qui nō oculis intelligētie videre vis q̄liter beatissima vgo maria deū genuerit. Erubesces em̄ in die iudicij cum vgo Maria ostendet tibi qualiter sol radium suū emiserit. q̄ simili modo vgo deum genuerit: tūc tu erubesces. oculos tuos xp̄ris montib⁹ collides. & dices montib⁹ vt cadāt sup te: & collib⁹ vt te absorbeāt ne videas q̄liter bta Maria deum genuerit vgo Gaude felix & deuota aia q̄ oculi intelligētie vidisti. corde credidisti: q̄liter gloriosissima vgo Maria

deum cõciperet. virgo parêt & ỽgo post partũ pmanêt. Tibi em̃ dicitur eo q̃ matrẽ virginẽ credidisti ergo intra regnũ filij mei. Quia ergo deꝰ tanta fecit matri sue p̃oil ecte. castissime & pulcherrime. merito eã dicẽt beatã oẽs generatiões. Quarto deꝰ fecit sibi magna eo de tribꝰ sertis eã in vita coronauit quibꝰ mediantibꝰ eã sup oẽs chꝛos angelox exaltauit. Prima corona fuit ex lilijs p̃ quã notat̃ hũilitas. Hac corona coronauit eã dñs q̃ dixit maria Nũo fiet istũ q̃m virũ non ognosco. Secũda fuit ex violis p̃ quã notat̃ hũilitas. Hac corona coronauit eã q̃ dixit maria. Ecce ãncilla dñi & c̃i. Tercia fuit ex rosis: p̃ quã notat̃ caritas. Hac corona coronauit eã dei filiꝰ tpe passiõis sue q̃ pre mimio amore stetit sb̃ crucẽ & noluit recedere ß cum xp̃s moriebat̃ naturaliẽ. ipsa secũ spũaliẽ mortua ẽt & cũ his coronis ipsa exaltata est sup oẽs chꝛos ãgelox. Per. O Maria si sup oẽs creaturas non fuisses castior hũilior & amore feruidior. nunq̃ fuisses exaltata sup̃ oẽs chꝛos angelox Cum ergo ipsa sic exaltata sit: ipsa iuuat nos manu misericordie dicẽs. Trãsite ad me oẽs qui cõcupiscitis me & diligitis. ego vos coronabo his tribꝰ coronis in hac vita & filiꝰ meus post hãc vitã vos traḧat ad coronã eterne vite & letiae. Quod nob̃ conc̃dat & c̃.

De sancta Lucia Sermo quintꝰ

Despõdi em̃ vos vm̃ vito virginẽ castam exhibere xp̃o. ij Corin. xi. Istud verbũ apli potest dirigi ad ỽgines q̃ voluerũt ꝺo suam castitatẽ. In quo hortat̃ eas q̃ volũtarie ꝺeꝺeãt se exhibere castas. Sunt em̃ alique ỽgines q̃ preter voluntatẽ seruant castitatem que licet carne sũt caste. mẽte tñ sunt corrupte. Secũdum autẽ q̃ triplices sũt virgines. q̃ãm sunt ỽgines carne & nõ mẽte. q̃dam mente: ß nõ carne. quedam mẽte & carne simul. Prime sũt virgines carne. sed nõ mente sũt ille que cõtra voluntatẽ sunt virgines q̃ habẽt voluntatẽ viros ducẽdi si possent. Tales nõ perdũt insigma ỽginitatis: sed aureolã amittũt in cẽlis. Isido. Virgo carne & nõ mente nullũ premiũ meret̃ in cẽlo in repromissione. Jherom. Nihil pfiat carne hẽre virginitatẽ. si mẽte quisq̃ nupserit. Sicut em̃ nõ datur aureola nisi illis martiribus qui volũtarie ꝓpter xp̃m mortem sustinẽt. sic nõ datur aureola nisi soluz illis virginib̃ que ꝓpter xp̃m volũtarie ꝓponũt virgines permanere. Talis fuit beata lucia de q̃ legit̃ q̃ cũ venisset ad sepulchꝝ beate agathe cum matre sua thecla & mater eius ibidem sanata fuisset ab infirmitate sua dixit matri sue. Ecce sanata es p̃ ipsam. Ergo ergo te p̃ ipsã que te suis p̃ab̃ sanauit vt mihi nũq̃ de cetero sponsam noies: sed que mihi datura eras p̃ dote pauperib̃ elargire. Cui mater Tege ptius oculos meos & quicq̃d de bonis volueris facito. Ad quã lucia. Quod moriens das ideo das: q̃ tecũ ferre nõ potes Da igit̃ dum viuis & mercedez habebis. Cum ergo venissent domũ: cepẽrũt vendere omnia q̃ habebãt & pauperib̃ occulte distribuere. Quod cũ intellexisset sponsus cui lucia pmissa erat. q̃siuit a matre vbi res deuenissent. At illa astute respõdit q̃ vtiliora bona ꝑare vellet. Ille autez putabat q̃ bona terrena ꝑare vellet. et sic pmisit omnia vendi. Illa autez ommino vendidit & omne p̃auz pauperib̃ distribuit. Quod cũ illa dixisset duxit eã ad pascasiũ iudicẽ. accusans eã q̃ xp̃iana facta esset. Qui cũ cogẽt eã sacrificare dijs tñdit. Sacrificiũ deo placẽs ẽ visitare paupes et

ipsis in tribulationib⁹ subuenire: et q̄ ā
plū⁹ nō hēo q̄ offerā meipsā offero.
Cui pascasi⁹. Primo mū tuū cū form
catorib⁹ tuis dsūpsisti Illa rndit Cor
ruptores mētis et corpis nūq̄ vidi. q.
d. Nunq̄ corrupta fui nec mēte nec
corpe. q̄ nūq̄ volūtatē nubēdi habui
In hoc ptz q̄ btā luca nō solū fuit v̄
go carne ꝫ eaā mēte sicut q̄dā tantū
fūt v̄gies corpe et nō mente q̄ aureo
lā suā p voluntatē nubēdi amiserūt.
Sciēdū aūt q̄ aureolā sic amissaz pūt
p pnām recuparе si dcēperūt finale
ꝓpositū huādi v̄gitatē. Scde v̄gies
q̄ tm̄ sunt v̄gies mēte et nō carne fūt
ille q̄ otra volūtatē suā violanē et ille
nō amittūt aureolā in celo. Legit ei
q̄ pascasi⁹ dixit ad lucā q̄ vellet eā
duc ad lupanar et violenē eā oppmi
Illa rndit. Si me iuite violaueris.
castitas mihi duplicaē ad coronā. cū
meā volūtatē nunq̄ poteris ad dsēsū
puocare. Hoc tū non ē intelligēdū
de duplicata aureola: ꝫ qe duplex p
mū habebit vnū p v̄gitate custodi
ta. et aliud p iniuria passa. Et q̄uis
tales nō pdant aureolā in celo tū p
dūt isignia v̄gitatis in hoc mūdo Vñ
leo papa. Famule dei que oppressiōe
barbarica integritatē v̄gitatis pdi
derunt siue pudoris. laudabiliores
erūt si se incōtamiatas nō audēāt cō
parare v̄gib⁹ Hō vero ē q̄ in militā
ti eccia dpanē dm iudiciū hūanū. qđ
est scdm q̄ apparet q̄ iuite sit corru
pta et iō nō defert insignia v̄gmea.
Terne sūt v̄gies q̄ mēte et corpe sūt
virgines q̄. s. nunq̄ viros agnouerit
in re nec vnq̄ habuerūt volūtatem
nubēdi. ꝫ solū suo sponso xp̄o suā vir
gnitatē seruauerūt. Tal' fuit btā lu
ca. Ideo dns eā custodiuit ne pollue
reē. Cū eā pascasi⁹ duc iubēt ad lu
panar vt violareē. Ibi spūs scūs eā
ita imobilē fecit q̄ mille viri eā non
potuerūt mouē Tūc fecit milia para
tum ad duc et tamē immobilis per
māsit. Vocauit autē magos vt suis
incantationib⁹ eam moueret: seo oi
no immobilis permāsit. Tunc pasca
sius dixit. Que sūt ista maleficia tua
Luca dixit. Nō sunt ista maleficia: ꝫ
bñficia xp̄i. Porro si adhuc dcem mi
lia equor⁹ adhibueris. vt prius imo
bilem me videbis Putās vero pasca
sius dm quorūdam figmenta q̄ loco
fugarenē maleficia. iussit eā loco p
fundi. Cūq̄ nec sic moueri posset. an
gustiat⁹ minis iussit copiosum ignē
circa eā accēdi. picēq̄ et feruēs oleū
sup eā fundi. Dixitq̄ luca. Indueas
impetraui martirij mei. vt credētib⁹
timorē auferā passionis. et nō credēti
b⁹ audaciā insultatiōis Videtes autē
amia pascasij eū angustiari: gladiū i
gutture lucē imiserūt Que nequaq̄
amittēs loq̄lā ait. Annūcio vobis q̄
maxim⁹ cesar mortu⁹ ē et soc⁹ suus
dyocletian⁹ expulsus ē a regno suo
qui xp̄ianos psequebanē Et sicut aui
tati cathanensi soror mea agatha est
data: sic et ego ciuitati siracusane cō
cessa sum interuētrix. Hec ea loq̄nte
ministri romanor⁹ venerūt et pascasi
um apprehēderūt et vinctū ad cesarē
secū duxerūt Audieāt ei cesar q̄ vni
uersā puincia fueāt dēpoat⁹ Vemēs
aūt roma et senatui accusat⁹ pariter
et cōuict⁹ capitali sentētia ē punit⁹
Virgo vero luca de loco i quo pas
sa ē. nec ē mota nec spūm tradidit
quousq̄ sacerdotes venirēt et corp⁹
dñi ei tradereē et oēs astātes. amen
dño rndерūt. In eodē aūt loco est se
pulta et eccia fabricata. passa ē autē
tempore cōstātini et maxentij. Circa
annos. CCC. x.

De scō Thoma apl̄o. Ser. vi.

Respondit thomas et dixit. Dns
me⁹ et ds me⁹. s. es tu Jo. pe
nultio. In verbis ꝓpositis fate
tur sanctus Thomas se esse seruum

xpi: ⁊ xpm dñm ⁊ deū suū. Secūdum autez qꝫ sūt quatuor que debet hō in se habere vt mereaꝫ seruꝰ dei esse q̄ in bto thoma inuenimꝰ. Primū ē obediētia. videmꝰ enī qꝫ terrenī dominō volūt habere inobediētes suos. multo magis rex celestis cui obediunt oēs creature. Actu. v. Obedire oportet deo magis qꝫ hoībꝰ. Jo. xij. Qui mihi mīstrat me seq̄tur ꝓ obedientiā. qꝫ vt dr Jo. v. Ego descēdi de celo nō vt faciā volūtatem meam sed eius q̄ me misit. Ipse ei obediēs fuit patri suo vsq; ad mortē. sicut dr Phi. ij. vnde Mat. xvi. Si quis vult venire post me. abneget semetipsū. i. ꝓpriā volūtatem: ⁊ seq̄tur me. i. volūtatem meā. Augꝰ. Optimꝰ minister tuꝰ dñe est ille qui non mittit hoc a te audire qđ ipse voluerit: ꝫ magis hoc qđ a te audierit. Quantuz displicet deo qꝫ sibi nō obedit. ptz mādā quē proiecit de paradiso: ⁊ in saul quem proiecit de regno. Ītūs autem Thomas fuit verꝰ obediēs. sicut ptz in legēda sua. Cum enim esset apud cesaream: apparuit ei dominꝰ dicēs Rex indie. Gūdoforus misit nūcium suū abbanem q̄rē magistꝝ qui edificet sibi palacium ꝑm morem romanoꝝ. Veni ergo ⁊ mittam te ad illū. Cui Thomas. Dñe quouis mitte me preter ad indos. Cui dñs. Vade secure qꝫ ego ero custos tuꝰ. Cūq; indos cōuerteris ad me cū palma martirij venies. Cui thomas. Dominꝰ meꝰ es et ego seruꝰ tuus. fiat volūtas tua. Cūq; nūcios abbanes nomine foꝝ ꝑ ambularet. apparuit ei dominꝰ dicēs. Quid compare vis inuenis. Cui ille dixit. Dominꝰ meus misit me vt conducā seruos i architectonia arte eruditos vt romano ope sibi palacium cōstruatur. Tūc dominꝰ tradidit ei thomam asserēs eum in tali arte plurimū peritum. ⁊ sic obediens fuit ⁊ nauigauit versus indiam. Secūdum qđ debet habere seruꝰ xpi est mūdicia. Primapes enim terrenī nolūt habere immūdos famulos. q̄ tomagis rex celestis vult habere mundos seruos. qꝫ ipse dr ꝑ Psal. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat Zacharias ait Lu. i. Seruiam illi in scitate. i. mūdicia. seūs enī idem est qđ mūdus. Mūdicia enī facit hoīnē amicū dei Prouer. xxij. Qui diligit cordis mūdicā. amicū habebit regem. s. celestem. Quantum autez btūs Thomas mūdicam dilexit ptz in hoc qꝫ eā eciam alios cōmendauit. Vnde legit. Cūq; nauigasset versus indiam venit in quādam ciuitatem in qua rex filie sue nuptias celebrauit. et fecit precomsari vt oēs interesse deberent nuptijs alīs regem offendere rēt. Cōtigit illuc abbanē ⁊ apostolū introire: thomas autem sedēs ad mēsam cibos gentiliū tangere nolebat. Venit autē puella q̄dā hebrea fistulam manu gerēs vnūquēq; laude aliqua cōmēdabat. vidensq; apostolū intellexit hūc esse hebreū eo qꝫ nō māducaret. sed oculos ad celū fixos haberet. Cūq; puella corā eo canēt dicens. Vnꝰ est deus hebreoꝝ qui creauit oia ⁊ fūdauit maria. Apostolꝰ hec eadē verba eam repetere satagebat. Dicēs autem pincerna qꝫ nō māducaret neq; bibēt: sed tm̄ oculos ad celum fixos habēt apostolum dei in maxillam percussit Cui apostolus Nō hinc surgaz donec manꝰ que me percussit huc a cambus afferaē. Dic igitur ad hauriendam aquā abijt ⁊ leo ipsū occidit ⁊ sanguinē eiꝰ bibit Lacerantibꝰ autē cambꝰ eius corpꝰ vnus niger canis manū eius dexterā in medium cōuiuiū apportauit Quo viso oīs turba obstupuit ⁊ puella dicta vba referēs ꝓiecta fistula ad pedes apli se ꝓiecit ⁊ ipsum adorauit.

Huiõi aũt vltionẽ factam reprobat Aug⁹ in li. otra fauſtũ ⁊ aſſerit aliũ de hoc fuiſſe iſertũ. Vñ ⁊ legẽda hec quo ad plura ſuſpecta habeť. Poſſz tñ dici q hoc nõ aio ipandi nec vim dicãdi: ſ mõ põicẽdi dictũ ẽ. Et tũc apl's ad pticonẽ regis ſponſũ ⁊ ſpõſã bñdixit. Da inquiẽs dñe adoleſcẽtulis his bñdictionẽ tue dextre ⁊ in eor mẽtib⁹ ſemĩa ſemẽ vite. Abeũte aũt apl's in mamb⁹ eor ram⁹ palme plen⁹ fructibus ẽ inuẽt⁹. Comedentib⁹ ſponſo ⁊ ſpõſa de frũ eius ambo obdormiunt ⁊ ſommium ſimile ãbo dernũt. Videbať em eis q rex gẽmat⁹ eos ãplecteť ⁊ dicẽt. Apl's meus bñdixit vos vt vite eẽne ptícipes ſitis Euigilantib⁹ ipſis ⁊ mutuo ſibi ſomĩa reuelantib⁹ apl's ad eos ingredit clauſis ianuis dicẽs eis. Dñs meus ⁊ de⁹ me⁹ cui ego ſeruio. vob mõ apparuit ⁊ me clauſis ianuis introduxit vt ſup vos bñdictio mea fructificz Vos habetis adhuc vgimitatẽ. i. mũdiciam q̃ eſt regina oĩm vtutũ ⁊ fructus ptue ſalutis ſoror oĩm ãgelorũ. poſſeſſio oĩm bonor. victoria libi dmũ. fidei triumph⁹. expugnatio demonũ ⁊ eterno⁹ ſecuritas gaudior. De libidine aũt corruptio gigniť. de corruptione pollutio naſciť. de pollutione reat⁹ oriť. de reatu cõfuſio gñatur. Hec illo referẽte duo ãgeli apparuerũt dicẽtes illis. Nos ſum⁹ angeli ad cuſtodiã vob deputati. ⁊ ſi apl'i momita bñ ſeruaueritis offerem⁹ do oĩa vota veſtra. Tũc apl's eos baptiſauit ⁊ in fide fidelit inſtruxit. ⁊ ipſi ambo in caſtitate pmãſerũt. Sponſa dicta ẽ pelagia ⁊ ſacro velamine eſt cõſecrata. Sponſus noie dnomiſi⁹ illi nuitati i epiſcopũ ordinať In hoc patet q beat⁹ thomas mũdiciam dilexit in eo q eam tantũ cõmendauit. Terciũ quod debet in ſe habere ſeruus xpi eſt intelligentia vt ſit intelligens. Auguſtin⁹. Ad intelligẽtiam ſpectat. ſpiritualium ⁊ diuinarum cõprehenſiones ⁊ contemplationes intelligere. Vel intelligentia ptie ẽ q homo per iſta terrena que videt ⁊ audit intelligat celeſtia que non videt neq audit. Vnde paulus ad Roma. i. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſũt conſpiciũtur. Verbi gratia. Si homo videt claritatem aliquam i aliqua creatura ſicut in ſole ⁊ in ſtellis. per hoc poteſt intelligẽ q creator qui hec creauit multo clarior ſit. Item ſi videt pulchritudinem in aliqua creatura. per hoc poteſt intelligere q creator illar⁹ multo pulchrior ſit. ſi videt ſapientiam i ſerpente vel in formica vel in gallo q̃ habet ſcientiam diſtinguendi horas noctis. per hoc poteſt intelligere q creator eor⁹ multo ſapientior ſit. Vn de dicitur Sap. xiij. A magnitudine ſpetiei ⁊ creature cognoſcibiliť por eor⁹ creator videri Job. xij. Interroga iumẽta ⁊ docebũt te: ⁊ volatilia celi ⁊ indicabũt tibi. Loq̃re tre ⁊ renũciabit tibi: ⁊ narrabũt tibi piſces maris Sz q̃dã ſũt adeo groſſi ⁊ hebetes i ſenſu q nũq̃ ſemel d talib⁹ meditanť nec cõtẽplanť celeſtia: ſ ſicut bruta aialia arca iſta terrena vſanť. Hos repẽſoit dñs i pſal. dicẽs. Nolite fi. ſicut e. ⁊ mul⁹ ⁊ c. Her. Nũo lux obſcure aut cũdat oculos rea vel clauſos oculos ita aiaľ hõ nõ paſcit ea q̃ dei ſũt Certe intelligentiã celeſtiũ habuit btus thomas q̃ audierat a dño. In domo pris mei multe mãſiones ſũt. Intellexit em hoc de celeſti manſione. Vñ regi petẽti palaciũ in hoc exilio cõſtruxit ei eternũ palaciũ in celo. Cum em ad regem indie remiſſet dicẽs ſe vel le magnum palacium cõſtruere ⁊ ai rex p quodã negocio exiret terram Thomas dedit oẽz pecuniã pauplb⁹ et inũerabile pl'm ad fidẽ cõuertit.

Post biēnīū cū rediret rex ⁊ audiz
hec secūm thomā cū abbane in ima re
truſit carceris vt postmodum viuos
excoriatos vltriab⁹ daret flāmis In
terea frater regis Gad morē ⁊ ei se
pulchra magnifice pparaē. Quarto die
qui mortu⁹ fuerat resurrexit ⁊ dixit
O frāe ille hō quē tu excoriare dispo
nebas amicus ē dei ⁊ āgeli ei⁹ famu
lanē ei q̄ me in paradīsū ducētes quod
dā mihi ostēderūt palaciū ex auro ⁊
argēto ⁊ lapidibus pciosis mirabilit
fabricatū. Et cū eius pulchritudinē
admirarer dixerūt mihi. Hoc ē pala
cīū qđ fratri tuo thomas cōstruxeāt.
Et cū dicerē. Vtinā iamtor ei⁹ essem
dixerūt mihi. Frāt tu⁹ ille fecit se in
dignum. si vis in illo manē rogem⁹
dīm vt te suscitare dignet vt istud
a fratre tuo possis emē redēs ei pe
cuniā quā se estimat pdidisse. Et cū
resurrexisset cucurrit ad carcerē. ⁊
fratri suo postulauit venīā. abiectis
q̄ vinculis apostolū rogare cepit vt
vestem pciosā acciper. Cui apl's Ig
noras q̄ nihil carnale ⁊ nihil terrenū
gestiunt q̄ cupiunt hīre in celestibus
potestatē. Egrediēte autem apl'o de
carcē occurrit ei rex aduolutus pe
dib⁹ ei⁹ ⁊ venīā postulabat. Tūc apo
stol⁹ ait. Vultū vobis deus prestitit
vt secreta sua vob ostēderet. Credi
te in xp̄m ⁊ baptisamini vt eīm reg
in ptiapes sitis. Dixit ei frāt regis.
Vidi palaciū qđ fratri meo fecisti
qđ optare vellē. Cui apl's Hac in vo
lūtate frīs tui ē. Cui rex. Illud erit
meū ⁊ apl'us fabricet tibi aliud. Nō
si nequerit mihi ⁊ tibi hoc vnū com
mune ē. Respōdit apl's. Innūerabi
lia in celo sūt palacia ab initio seculi
prepata q̄ fidei ⁊ pcio ⁊ elemosinis
cōparanē. Diuitie autē vestre ad illa
vos antecedere pnt. Seq̄ vero oīno nō
pnt. Post vnū autē mēsem fecit apo
stolus oēs hoies illi⁹ puincie congre
gari. quib⁹ congregatis debiles ⁊ in
firmos seorsū stare iussit ⁊ super eos
orauit. Cūq̄ qui docti fuerāt respō
dissent Amē. chorruscauo de celo vem
ens tā apostolū q̄ceteros fere perho
ram mediā sic pstrauit vt oēs se pu
tarēt ictu fulguris interisse. Erigēs
autem se apl's dixit. Surgite q̄ dīs
me⁹ sicut fulgur venit vos q̄ sanauit.
Erigēs autē se oēs sanctificati sūt ⁊ ser deo
deū ⁊ apostolū glorificauerūt. Et sic
multa mlia hoīm ad fidē cōuertit: ⁊
tūc ad superiorē indiam est pfectus.
Quartū qđ i seruo dei debet esse est
fidelitas Mat. xxiiij. Fidelis seru⁹ quē
cōstituit dīs sup familiam suā. Pro
uet. xij. Qui fideliter agit placet do.
Fidelitas aūt ista consistit in hoc q̄ si
bi soli seruiat ⁊ nō dīs alienis. Luce
iij. ⁊ Mat. iij. Dīm deum tuū adora
bis ⁊ illi soli seruies .i. Ezech. vij. Pre
parate corda vestra dño deo⁊ seruite
soli illi. Nam dr Mat. vi. Nemo pōt
duob⁹ dominis seruire. s. deo ⁊ dya
bolo. Sed btūs thomas soli deo seru
uit. iliū solum adorauit. illuz alios so
lū verum deū esse pdicauit. Nam em dū
in india inferiori pdicasset ⁊ mltos
cōuertisset sicut dictū est. pertexit ad
superiorē ⁊ ibi vnū esse solū deū ado
randū predicauit ⁊ quandam mulie
rem cecā illuminauit ⁊ ad fidem con
uertit. ⁊ macedoniā vxorē carissi⁹ ge
nati regis baptisauit ⁊ illa postea cō
dormire carisio noluit. Qui irat⁹ im
petrauit a rege vt apl'm incarceraret
et rogauit regez vt mitteret regiā
ad vxorem suam cōuertendā. Visa
autē regina cū eadem fidem recepit.
Tūc ait rex ad carissū. Vxor mea de
buit cōuertere tuā ⁊ tua puertit me
am ⁊ irat⁹ rex dixit ad thomā Vt q̄d
peruertis vxores a viris suis Cui tho
mas. Cū tu sis rex nō vis habere in
quinata seruicia. quātomagis deus
vult vt sibi in castitate seruiat Tūc

iussit rex afferri lammas ardentes. et fecit eum rex nudis pedib⁹ sup eas stare. ⁊ protinꝰ nutu dei fons emanauit ⁊ eas extinxit Tūc iussit eum mitti in fornacem ardentem per noctē integram ⁊ die altera illesus exiuit Dixitq; carissius ad regem. Fac eum sacrificare dīs nostris vt sic intret ira dei sui. ⁊ qui nūc eum iuuat tūc eum derelinquet. Sup hoc thomas respōdit. Si adorauero deū tuū deus meꝰ ireascet deo tuo ⁊ non mihi. Si autez me adorāte deum tuū deus meꝰ non quesierit eum: sacrificabo illi. Si autē tu credes in eum. Rndit rex. Adhuc de patri loqris. Tunc apostolꝰ precepit demoni hebraycē q̄ q̄ ato coram populo genua flectēte: cōmouet populū. Flectēs ergo apl's genua dixit Ecce adoro: sed non populū istud. adoro autē dñm meū ihesū xp̄m in cuius nomine p̄cipio tibi demon. vt populū cōmouas Et statim q̄si cera liquefacta est Tūc sacerdotes populi clamare cepērūt ⁊ pontifex pl'i eleuās gladium transfixit apostolū. xp̄iani autez corpus eius sepelierūt. postea autez ipator assiriox noīe alexāder transtulit corpꝰ apl'i i edissam ciuitatē. ⁊ i illa ciuitate neq; iudeus neq; paganꝰ neq; hēticꝰ p̄t viuē. nec ea aliqs tyrannus vincere p̄t.

In natiuitate dñi. Ser. vij.

Puer natꝰ est nobis ⁊ filiꝰ datus est nobis Isa. ix. Hodie dicuntur nobis bona rumores ⁊ ommib⁹ his qui xp̄m expectauerūt in isto aduentu. ⁊ desiderauerūt ipsum videre ⁊ qui se preparauerūt ad ipsum recipiendum. Ecce enim in prima dominica aduentꝰ p̄tebāt fideles aduentum eius dicētes. Veni dñe ⁊ noli tardare. Et responsū est eis. Ecce dñs veniet de longinquo et claritas eius replet orbē terrarū. In sequenti dominica lectū ē eis quō ventur⁹ sit ad iudicium ⁊ signa p̄cedentia In tercia dominica beatꝰ paulus videns eum appropinquare dicit Gaudete q̄ dominus p̄pe est. Veri autem certiores rumores dicti sunt. Crastina die erit vob⁹ salus. Sed hodie certissime rumores portant̄ p nūcium celestem dicentē. Ecce euāgelizo vob⁹ gaudium magnū qd erit omni populo. q̄ natꝰ ē vobis saluator mundi. Illud autem fuit gaudium magnum fm quadruplicem diuisionem. Primo quantum ad altitudinem. q̄ vsq; ad celum ascendit ⁊ deū ⁊ āgelos letificauit. Vnde angeli tanto rumore ⁊ gaudio fuerunt repleti q̄ de celo descēderūt ⁊ suū gaudiū retulerūt pastoribꝰ Sicut hō plenꝰ gaudio nō p̄t se sustinere: ⁊ alios nūciat ⁊ revelat. sic angeli in xp̄i natiuitate suū gaudium nō solū portare potuerūt: sed hoīb⁹ nūciabant. Secō fuit magnū gaudium q̄ntū ad p̄fundū: q̄ in infernū penetrauit ⁊ scōs q̄ in limbo erāt ineffabili gaudio ip̄leuit. Vñ Isa. ix. Habitantib⁹ in regione vmbre mortis lux orta ē eis Tercio fuit magnū gaudium quantum ad longitudinem: q̄ se extēdebat vsq; ad occidentē. vñ magi q̄ erant in oriēte tāto fuerūt gaudio repleti q̄ sua reg̃ reliquerūt ⁊ ad puer ihesū ciurrexerūt. Extēdebat eciā vsq; ad occidentē. vñ rome visa ē imago v̄gīis arca solē et tāto gaudio cesar augustꝰ est p̄fusus q̄ ei thura obtulit: ⁊ dominꝰ vocari recusauit. Quarto fuit magnū quātū ad latitudinē q̄ p̄fudit totū mundū. ⁊ ideo natiuitas huiꝰ pueri fuit magne iocunditatis ⁊ vtilitatis. Et ideo eccia hodie i p̄cipio misse exultās cātauit. Quis natꝰ est nob⁹. Sed qual' puer. Certe mirabil': honorabilis: ⁊ amabil'. Mirabil' fuit i seipō. mirabil' fuit i matre. mirabil' in celo mirabil' in ēra. mirabil' inter cetera.

mirabiliter in demones, mirabiliter in sole et oi creatura. Prio mirabiliter in seipso qz hodie mirabiliter ouexit deus et ho Conuenit altus et imus antiquus et iuuenis. magnus et puus. diues et paup. Hodie dico qz conuenit altus et imus. Ille enim q. erat dns altissimus cuius altitudini nullus ho minum nullus angelorum. nulla creatura attingere pt. Ille hodie factus e ita infimus et ita humiliter se pmisit locari in imo loco. s. in psepio. Cesar augustus psidens vniuerso orbi. scire voluit quot puinne. quot ciuitates. quot castella. quot homines in vniuerso orbe essent et vñ trahebant originem. Statuit vt quilibet pgeret ad suam ciuitatem et psidi puinne denariu argenteu traderet et se subditu impio romano phiteret. Joseph aut cu de gne dauid essz a nazareth esset pfectus e volens consu p se. et btā vgie soluere. poessit in bethleem et oportebat btam vginem exire de hospicio suo et ire ad trā alienā existens grauida. et hoc fuit magnu signu humilitatis. Tunc em oes creature qeuit comodu in ptu. auis. s. modu. bestia cauernā. qcuqz mulier paup qrit comodu in ptu. Sz btā vgo nullu potuit hre hospitaliu neqz comodu in ptu filii sui. Cu aut venissent bethleem et qz paupes erāt. ppter diuites q ppter eandem causam ibidem venerāt nullu hospitaliu hre poterāt. Diuertrūt ergo in domu q erat in comuni trāsitu in tre duas dom operimētu habens qd diuersoriu dicebat. sub quo ciues ad loquendu dieb⁹ och. solebāt conuenire vbi forte ioseph presepe bouis et asini fecerat. Vel sm opinionem aliorum ibi psepe erat. vt rustici de rure venientes pecora sua illic locarēt. In ipa nocte media die dnica. btā maria peperit filiu suu et in psepio sub feno collocauit: qz frigus erat. Hodie conuenit antiquus et iuuenis. Certe antiquus qz in tpe formationis. Ade vsqz ad nativitatem xpi fluxerūt anni quinqz milia ducenti vno minus. ita antiquus fuit adhuc antiquior. qz ante formationem ade deus ab eterno et sine principio fuit. Iste puer antiquior matre que in xnn. anno conceperit eum. et xv. peperit eum. Ecce ille qui ita antiquus fuit. factus est hodie puer iuuenis vnus dies: et positus est in psepio et flebat in sinu matris et videbat coram angelis in celis. Hodie ena conuenit magnus et paruus vnde bene dicat. Celum et terram ego impleo. qui ita magnus est qz est sub terra. in terra. circa terra. et totu mundu seruat sua manu que tot⁹ mundus capere no pot. sicut cantat ecclesia. Ita paruus factus e hodie et collocatus e in duob⁹ puis locis scz in sinu matris et in psepio. O quale gaudium habuit maria quando xpm peperit. tunc enim alloquebat eu verbis dulcissimis sm Ambro. Tu deus meus. tu creator meus. tu saluator meus. et ideo qz es deus meus te adoro tam qz deu meu et ponis eu in psepio: ipsu que genuit adorauit. pendens sup terram et reiteras verba accipies eu de presepio ponis eum in sinu deosculabat eum dicens. Tu dulcis meus filius. tu primogenitus meus. et sicut matres solent facere et dicere dilectis filiis suis Hodie ena conuenit diues et paup simul Vñ apls. ij. Cor. viij. Qui cu diues esset pro nobis egenus factus e vt p eius inopia diuites essemus: qz in manu eius sunt oes thesauri. Et hoc ptz: qz dat eis cui vult: quantu vult. et qñ vult Paupertas eius hodie apparuit qua do eu peperit: qz cunabulu habere non potuit qd capiti suo supponeret. nec ena habuit de quo ad hospitaliu conuenire. Ipsu puerum enam in vilibus pannis inuoluit. et hoc fecit vt pauptas a nob⁹ plus diligeret et sua pauptate nos diuites faceret et vt consolatorem pauperum se esse monstraret.

De sancto stephano Ser. viij.

Intendēs in cēlū vidit gloriā dei Act. vij. Post ascensionē dominī apostolis p̄dicantib⁹ fidē augebaē numer⁹ xp̄ianoꝝ. multi em̄ vendentes omnib⁹ que habebāt ponebāt pretium ante pedes apl̄oꝝ & de cōmuni ōnes viuebāt & viduis cōuersis preerāt & ministrabāt eis in mēsa. Factum est autē murmur inter eos q̄ quedā eaꝝ ouerse ex gentib⁹ & q̄dam ex iudeis non poterāt bene cōcordare. qđ audiētes apl̄i cōuocata multitudine dixerūt Nō est equū nos relinquere verbū dei & ministrare mēsis. Cōsiderate ergo viros frēs ex vobis bonī testimonij septē plenos spū scō quos cōstituam⁹ sup hoc opus. nos vero predicationi vacabim⁹. Placuit hoc omnibus & cōstituerūt septē diaconos quoꝝ btūs stephan⁹ sanctior & maior extitit. Stephan⁹ autē plenus grā & fortitudine faciebat signa & prodigia multa in pl̄o. Nō audientes iudei surrexerūt cōtra eū & disputabāt cum eo & nō poterāt resistere spiritui & sapiē eius qui loq̄bae per os ei⁹. Cūq disputatione vincere eū nō poterāt. duxerūt eum ante conciliū adducētes cōtra eum falsos testes qui accusauerūt eum in q̄tuor. s. q̄ locutus fuisset blasphemiā cōtra deum: cōtra moysen: cōtra legē: & cōtra templum. De oib⁹ his excusauit se. & de primo dixit q̄ nō essz locut⁹ blasphemiam ptra deū: q̄ dñs eoꝝ esset rex gl̄e. i. gl̄osus dñs & digne glorificand⁹. De secūdo dixit q̄ nō esset locut⁹ cōtra moysen: nā moyses fuit vir diligēs deum & familiaris erat deo & cum ipso loquēs & vir potēs in miraculis faciēdis in deserto. De tercio dixit q̄ nō esset locut⁹ contra legē: q̄ de⁹ p̄sonaliter dedit illam. De quarto dixit q̄ nō vituperasset templū. q̄ hoc deus p̄sonaliter fieri p̄ceperat. Cūq hec loq̄reē apparuit facies ei⁹ pulchra & clara tanq̄ facies angeli. Tūc increpauit eos dicēs. Dure cervicis estis vos & spiritui scō semp resistitis sicut & patres vestri sic & vos. Quem em̄ pphetaꝝ non fuit persecuti patres vestri. Oēs illos occiderunt qui pphetabāt de aduētu xp̄i. & vos ideo estis p̄ditores & homicide. legez em̄ dei accepitis & nō custoditis. audientib⁹ autez hec dissecabanē cordibus suis & stridebāt dentib⁹ in eum. Stephan⁹ autem plen⁹ spū sancto intendēs in cēlum vidit gloriaz dei oculis spūalib⁹ & nō carnalib⁹ & ihesuz stantem a dextris dei & dixit. Ecce video celos apertos & filiū hominis stantem a dextris v̄tutis dei. Exclamabāt autem omnes voce magna. cōtinuerūt aures suas & impetū eum extra ciuitatē lapidabāt eum. Et testes q̄ eum lapidabāt posuerūt vestimenta sua secus pedes adolescētis qui vocabae saulus & lapidabāt stephanū invocātem & dicētem. Dñe Ihesu accipe spūm meum. Positis autem genibus exclamauit voce mag̃. Domine ihesu xp̄e ne statuas illis hoc pccm̄. q̄ nesciūt quid faciūt. Et cū hec dixisz obdormiuit in dño. Intendēs ergo i cēlum & c̄. Notandū autem q̄ beat⁹ stephan⁹ intēdebat in cēlū tripliciter. sic & nos ea eius exēpla sequi debemus. Primo intēdebat in cēlum tanq̄ in locū vbi thesauz suū posuerat. Secūdo intēdebat in cēlum tanq̄ in regnū in quo adiutoriuz expectabat. Tercio intēdebat i cēlū tanq̄ in ciuitatem quā perpetue inhabitare debebat. Primo dico q̄ btūs stephanus intēdebat in cēlū tanq̄ in locum vbi thesauz suū deposuerat. Ipse em̄ the sauz suū non collocauit i hoc seculo transitorio: s̄ i cēlo ppetuo sm̄ illū xp̄i q̄ dr Mat. vi. Nolite thesaurisaē

vob thesauros in terra vbi erugo & tinea demolit & vbi fures effodiunt & furant. Thesaurizate aut vob thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demolit & vbi nec fures effodiunt nec furant. Istu thesaur in celu mittim? qui thesaur .i. elemosinam paupib? erogam? . Vnde Mat. xix. Vemit ad Ihesum adolescens quidam dicens ei Magister bone quid faciam vt habeam vitam eternam. Cui dom?s Si vis esse perfect? vade & vende oia que habes & da pauperibus & habebis thesaur in celo. Exemplum. Episcop? quidam predicauit hoc euangelium semel. Quicunq; propter nomen meum & centuplum accipiet & vitam eternam possidebit. Quod audiens quidam sarracen? dixit ad episcopum. Si ad supra dictum tuum cautionem fecerit fidelem: omnia bona mea pauperib? distribuam & fidem xpi recipiam Episcop? autem constituit sibi fideiussorem et sarracen? baptisat. & omnia bona sua pauperib? distribuit Tandem sarracenus morit & vocauit episcopum & ait ei. Recordare pacti q̄ promisisti mihi: & si pecunia mea post mortem non centuplicet: tantam pecuniam filijs meis restitues. Respondit episcopus . Dom?s Ihesus xp̄s implere digne quod promisi. alioquin faciam q̄ dixi. Mortuo patre ceperunt pecuniam recuperare filij. Et episcop? se in oratione ponens mont? a deo fecit se pulchrum apparere presentib? filijs & inuenit in manu defuncti litteram scriptam aureis litteris continentem. Ja recepi centuplum quod episcop? michi promiserat. & vitam eternam possideo. Sic ergo exemplo huius viri & beati stephani debem? thesaurizare nostrum ponere in celum hoc est in tutum locum Vnde dixit beata Luca ad pascasium quando quesiuit de patrimonio suo quod dedit pauperib? Patrimonium meum in tuto loco posui. Et etiam b?s Laurentius dixit ad decanum. Thesauros quos requiris mani? paupertum deportauerunt in celestes thesauros Vñ dr Mat. vi. Vbi thesaur? tuus est ibi & cor tuum erit. Sed heu plures sunt qui sibi studet thesaurizare thesaurum in terra. De quo dr Pro. xxviij. Qui festinat ditari non erit innocens .i. sine peto Sicut enim spine vix tangunt sine lesione manus . & lutum tangit vix sine maculatione. sic thesaurus vix colligit sine lesione conscientie. Dns autem vocat diuitias spinas . apostolus autem stercora. Qui autem thesaurizant in terra & non in celo magis hunt cor inclinatum ad terrena sicut dictum est. Vbi est thesaur? tuus ibi est cor tuum. Sicut patet in vno diuite Lu. xij. qui dixit. Anima mea habes multa bona constituta in annos plurimos requiesce. epulare. comede bibe. Et dixit ei dns. Stulte hac nocte recipiet a te demones aiam tuam. & cui? tunc erunt que congregasti. Vnde Baruch. iij. Vbi sunt qui argentum & aurum thesaurizant in q̄ omnes homines confidunt qui ad ipsos descenderunt. Exemplum. Quidam usurari? habebat duos filios quorum un? relicto patre & fratre & omnib? que habebat hieremum intrauit: volens thesaurum suum in celum collocare. Alius autem manens cum patre volens in terra thesaurizare. Accidit autem precedente tempore vt ambo morerentur. Qd audiens hieremita: rogauit deum vt sibi de eorum statu vellet reuelare Rapitur igitur & ab angelo in infernum ducitur et ibi eos minime inuenit Et vltimo aperto quodam puteo exierunt cum flamma pis & filis ad inuicem tanquam canes insani mordentes & mutuo sibi maledicentes. Et pat dixit filio Maledict? sis tu fili. qr propter te usuras congregaui. Et fili? econtra dixit patri. Maledictus sis tu pater: quia propter tuam

vsuram sum damnatus: ⁊ sic muĩ mordẽtes ⁊ maledicẽtes ecõtra i puteum sũt reuersi. Heremita autẽ ad se reuersus vitã suam i bono finiuit

Secũdo btũs stephan⁹ intẽdebat in cælum tangẽ in locum vel in regnũ in quo adiutorium expectaret vel auxilium in tribulatione. qz in omni tbulatiõe nostra debem⁹ auxilium a deo petere. Psal. Auxilium meum a dño qui fecit cælum ⁊ terram. Ber. Quãtumcũq seuiat tribulatio nõ putes te derelictũ a deo sed memineris esse scriptum. Cum ipso sum i tribulatione. Vnde dixit rex ioſaphat in parabolis. Tempore tribulationis ⁊ cum in nob virt⁹ non sit ⁊ ignoramus qd agere debeam⁹. hoc soluz residui habem⁹ vt oculos nostros ad deum dirigam⁹ Psal. Juxta est domin⁹ his qui tribulati sũt corde. Nõ ptz damelis. iij. vbi vidit nabuchodonosor i fornace cũ trib⁹ pueris. quartum similem filio dei. Psal Nolite ẽgo sperare in principib⁹ neq in filijs hominũ in quib⁹ non ẽ salus Sed sperate in dño ⁊ petite auxilium ab eo. Exẽplum legit de quodã milite q multo tempore seruieat cuidã principi. Et cum grauiter infirmaret ⁊ astaret ei princeps ⁊ diceret qd multũ cõdoleret ei ⁊ qd peteret ab eo quodcũq vellet. Respõdit eger qd p omni suo seruitio ipsum ab illa infirmitate liberaret vel saltem ei indutias ad aliqd tempus impetraret. Ille aũt pnceps dixit qd hoc null⁹ facere posset nisi solus deus. Et dixit eger. Et ego illi soli qui solus põt iuuare promitto si me liberauerit ei imperpetuũ seruiã. Et sic factum est Tertio btũs stephan⁹ intẽdebat in cælũ tangẽ in ciuitatem quã perpetue inhabitare desiderabat Vñ apls Heb. xiij. Nõ em hic habemus manentẽ ciuitatẽ siue locũ. sed futurã inquirimus. Ad quã ⁊ c.

De eodem Sermo. ix.

Stephan⁹ plenus grã ⁊ fortitudine faciebat signa in populo. Act. vi. Hodie sancta ecclesia recolit pugnã militis sui bti stephani. Iste em est signifer ommiũ martirũ. qz post ascensionẽ dñi p̃m⁹ per violẽtiam martirij cælum intrauit/ quod erat in eo multũ glorioſũ. Cũ enim castrũ aliqd impugnaẽ non est multum laudabilis qui intrat postq̃ maior ps exercit⁹ intrauit. Sed ille valde glorioſus habeẽ qui p̃mus vel secũd⁹ intrat. ⁊ sic fecit btũs stephanus. ⁊ ideo merito cõmendatur hodie dicẽdo. plen⁹ gratia ⁊ fortitudine. In quib⁹ verbis notare possum⁹ occasionẽ beati stephani. Circa passionẽ eius notãdum qd diabol⁹ triplicando conaẽ sanctos superare. Aliquando in pſperis vt alliciat: sicut in diuitijs ⁊ honorib⁹. Aliqñ in aduersis vt frãgat sicut fecit btõ Job. Aliqñ in astutijs vt decipiat. sicut decepit euam. ⁊ ideo dr. mille artifex. qz mille artibus decipit homem. Isto triplici modo diabolus beatũ stephanũ decipere voluit. sed nõ potuit. qz ãim⁹ eius aliquib⁹ pſperis alijs nõ potuit: qz nec honorib⁹ nec diuitijs. Finit quidem i magno honore qz dyacon⁹ ordinat⁹ fuit ab apostolis. Finit etiã temporalijũ ãmiñistrator: qz pfectus erat. tñ in tãtis pſperis nõ potuit seduci ad petrũ vel ad statum malum.

Secũdo diabolus nõ potuit eũ decipere p astutiã: vel per falsam sapientiã hoim. Surrexerũt qdaz de synagoga disputãtes cum Stephano. Inuidentes em ei qd apostoli eum pferebant iudeis ⁊ eũ cõmendare cupientes tripli modo ipsũz aggressi sũt. scz disputatione. testium productione. ⁊ illatione tormentorũ. Sed tamẽ ipse superauit disputationes ⁊ cõuicit testes ⁊ de suis tortoribus triumphauit. In

qualibet autem pugna adiutorium sibi a deo de celo datum est. In pma datus est ei spūs sanct⁹ .scz qui facī diam mīstrauit. In secūda datus ē ei angelicus vultus qui falsos testes terreret. In tercia visus est xps eum iuuare. Vnde dicitur. Non poterant resistere sapientie & spiritui qui loq batur per beatum stephanum. Vat x. Non enim vos estis qui loquimim sed spūs patris vestri qui loquitur i vobis. Tercio conat⁹ est dyabol⁹ eū vincere per aduersa.t. per supplicia & tormenta. inducens iudeos ad hoc vt ipsum occiderēt & lapidarent. Vnde cum beat⁹ stephanus de ommib⁹ se q sibi testes falsi obiecerūt excussass & eos omnes argueret. stridebant den tib⁹ in eum & eicientes eum extra ciuitatez lapidabāt eum. sed eum vin cere nou potuerūt. qz habuit i certa mine suo quinq adiutores a deo. q autez miles vincit nō potest facit hoc q aliquādo habet grandem exercitū quia vidit regem ante se dimicantē fortiter. Aliquando grande spectacu lum. qz forte scit totā ciuitatē ipsuz spectantē & considerantem. Aut qñ habet grande premiū. qz scit se coro nari si vicerit decapitari si succubue rit. Aliqñ grande auxilium. qz scit iu xta se pugilē fortissimū in suū adiuto tium preparatū. Aut aliqñ forte ca strū habet ad qd qñ vult potest refu gere & ab hostib⁹ tutus esse. Ista qn q btūs stephan⁹ habuit. Primo igi tur habuit magnū exercitū quando ipsum xpm regem a dextris vidit q tam fortiter dimicauit. Vbi dr Glo Ne hō lapidat⁹ dubitet in terra. de⁹ homo apparet crucifixus in celo siue i gloria. De hoc quidem exemplo. Pe trus ait. pma Petri secūdo. Christ⁹ passus est p nobis vobis relinquens exemplū vt sequamim vestigia eius Secundo habuit grande spectaculū quod notatur per hoc qd dicitur. qz vidit celos aptos Aperte nāq vidit q rex gl'e & tōta curia celestis stetit videre militē dimicantē. Illō specta culū nos attēdere debem⁹ .qz nos as piat xps .angeli & oēs sci eius .sicut dicit apl's .i. Cor .nn. Spectaculū fa cti sum⁹ mūdo angel'is & hoib⁹ Tercio habuit cōtrā se regē oppositū. grande premiū pmittēdo. qd notat cum dr Gloriam dei. Nam sicut Greg. dicit. Consideratio premij minuit flagella Nos eciam in tribulatione positi cōsi derare debemus q nobis celeste pre mium apponit quod debet vincenti bus . & infernale supplicium debetur succūbentib⁹ . & qz apposui tibi aquā et ignem .ad qd volueris appone ma num tuam. Quarto habuit grande auxilium .s. xpm adiuuare paratum qd notat cū dr Et Ihesum stantem a dextris vtutis dei. vbi dr Glo. q sta re pugnātis ē causa adiuuādi. Recte stare a dextris vidit quē inter psecu tores habuit adiutorē. Nos eciam in tribulatione positi cōsiderare debem⁹ q nō soli pugnam⁹ .sed de⁹ p nobis Vnde Psal. Cum ipso sum i tribula tiōe. Hoc eciam figuratum habem⁹ Exod. xiij. vbi legit q cum filij isr'l egressi essent de terra egipti & venis sent ad mare rubrū & vidissent egi ptios p⁹ se iseqntes .clamauerūt ad moysen dicētes Nunqd nō erāt nob sepulchra i egipto q nos eduxistivt hic imficiamur gladio. Quib⁹ rndit moyses. Nolite timē. dns em pugna bit p nob & vos tacebitis & statim p cussit mare virga & diuisū est & sicco pede trāsierūt. Quos cū insequerent egyptij submersi sūt. Glosa. Per fi lios isr'l nos xpiani significamur. Cū volum⁹ fugere de egipto .i. de malo statu vite vel de tenebris peccato rum .tunc insequit nos pharao. id ē dyabolus cum suo exercitu. Sed cum

iam videt nobis q̄ non possumus ei
resistere. tūc moyses rō est p̄dicator
dicat nobis. Nolite timere. q̄ deus p̄
nobis pugnabit. hostes in mari. id ē
in inferno submergēdo. ⁊ nos in ter
ram p̄missionis scz in regnum cælorū
introducimur. Tota enam curia cæ le
stis nos adiuuat pugnādo p̄ nobis.
Vnde psalmista. Leuaui oculos me
os in montes vnde veniet auxiliū mi
hi. Hoc enam figuratum habemus
nm. Re. vi. vbi legitur q̄ cum quidā
rex obsedisset vnam ciuitatem in q̄
heliseꝰ p̄pheta erat qui habebat vnū
puerum qui sibi seruiebat. qui cū vi
disset exercitum magnū antecedentē
dixit. Ve nobis domine. Cui respō
dit p̄pheta Noli timere. plures enim
nobiscum sūt q̄ cum illis. Et aperu
it dominꝰ oculos pueri ⁊ vidit mon
tem plenū exercitu cælestis curie qui
sedebant sup igneos equos ⁊ currus
quos miserat dominꝰ in adiutorium
populo suo. Quinto habuit fortē ⁊
grādē refugium. scz ipsum cælum q̄
vidit apertum ⁊ ad q̄ debebat refu
gere. ⁊ ab hostibꝰ esse tutus. ⁊ c̄. Et
sic ptz p̄mū. Secūdo btūs Lucas de
scribit passionis sue occasionē. que
quidē fuit ex eo q̄ veritatē p̄dicauit
et q̄ vitia reprehendebat ⁊ q̄ multa
miracula faciebat. Non tm̄ signa fecit
in vita. sed etiā multa fecit post mor
tē. Quoꝝ quedā ostēdebāt quāte fu
it misericordie. q̄dā quāte fuit poten
tie. ⁊ q̄dā quāte fuit reuerētie. Fecit
em̄ q̄dā miracula q̄ ostendebāt suam
misericordiā. q̄ in multis tribulatiōi
bꝰ subuenit misericordit. sicut ptz in
patre ⁊ sorore qui p̄pter p̄ctm̄ q̄ cō
miserant in matre tremorē membroꝝ
mutrerūt. De quo refert Augꝰ. q̄
eāt q̄dā nobilis dña q̄ habebat decē
filios quoꝝ septē erāt mares ⁊ tres
femelle. quadā vice cū mater ab eis
offenderet maledictionē precabat.
subito oēs tremore membroꝝ sūt per
cussi. qui cuiū suoꝝ oculos nō feren
tes p̄ totū mūdum vagari cœperunt
quoꝝ duo. s. frat ⁊ sororꝝ dū ypome
ecclesiā beati stephani intrarēt. mi
tis p̄abꝰ ambo p̄secuti sunt sanitatē.
Pietas sua in hoc apparuit q̄ eā p̄
suis lapidatorib⁹ flexis gembus ora
uit. sed p̄ se orauit stādo. Secūdo fe
cit q̄dā miracula q̄ ostendebāt suā po
tentiā. Ipse em̄ habuit posse sup insē
sibilia. sicut sup cælū quod suis meri
tis apertū est in sua passione. Itē sup
terrā qū in muētione sui corpis fecit
eā tremere. Itē sup aerē. q̄ tū ficci
tas magna esset tūc multa pluuia de
scēdit de aere suis meritis. Itē sup
aquā. q̄ sicut legit in trāslatione sui
corpis. Alexādet senator cum vxore
sua adijt iherosolimā ⁊ beato stepha
no oratorium ostruxit. ac post obitū
suū iuxta eius corpꝰ se fecit sepeliri.
Euolutis septē ānis Julianavxor sua
in patriam suam volens redire cor
pꝰ viri sui volens secum ferre. Quod
cum ab epō multis p̄abꝰ postulasset.
Eps loculos argēteos p̄tulit dicens.
Nescio q̄ ex istis loculis sit viri tui.
Et ipsa ait. Ego scio. ⁊ impetum fe
cit. āplexata ē corpꝰ beati stephani.
Sic ergo cū putauit accipere corpus
viri sui. recepit ex casu corpus beati
stephani. Cū aūt nauim intrasset cū
corpe. ymmi suscitātur āgelia. ⁊ cla
mabāt dēmones ⁊ suscitauerūt tēpe
statē dicentes. Ve nobis. q̄ stepha
nus nos viro vulnere verberat. Cū
autem naute naufragium timerent
inuocabāt beatū stephanū ⁊ cōtinuo
apparuit eis dicēs. Ego sū. nolite ti
mere. ⁊ statim trāquillitas facta ē.
Item habuit potestatē super corpoā
languida. q̄ in muētione sui sanctis
sim corpis sexaginta hoies a suis lan
Exaltauit illum āt̄ primos suos. Eccī. xv. Verba ꝓposita bene cōuenīunt beato iohām quem dominꝰ exaltauit apud proximos suos. s. alios apostolos. & hoc in tribꝰ. scz in speciali dilectiōe in miraculoꝝ operatione in corporis et anime separatione. Circa primuꝫ nota ꝙ dominꝰ beato iohām multa signa dilectionis ostendit. Primo in hoc ꝙ eum in discipulum suū elegit Mat. iij. Cum ambularet dominꝰ iuxta mare galilee vidit iohānez in naui cum zebedeo patre suo & vocauit eum cū iacobo fratre eius. At illi relictis retibꝰ secuti sūt eum. Secundo quia eum in optimo statu. s. virginitatis manere voluit. & ideo vgo est electus a domino. Habuit enim ꝓpositum nubēdi sed anteꝙ ad nuptias pcessisset: eum vocauit. & ideo in virginitate permānsit qui est optimꝰ statꝰ. Quia licet bona sit copula cōiugalis. melior tamē cōtinētia viduales. sed optima integritas vginalis. Tercio in hoc ꝙ in cena eum supra pectus suum familiariter recumbere fecit: vbi archana diuinitatis collegit et fluenta dominici pectoris pre ceteris potauit. Nos autem si pectus eiꝰ cum iohāne nō possumꝰ cōtingere. qz indigni peccatores sumus. ꝑsternemꝰ tamē nos ad pedes eius cū maria peccatrice. Si non possumꝰ in pectore eius recumbere per suauitatē cōtemplationis: irrapiamꝰ ad pedes eius procūbere per humilitatem contemplationis. Quarto qz sibi soli ꝓ ditorē suum reuelauit. Cum enim dixisset ihesus in cena discipulis suis: vnꝰ ex vobis me traditurꝰ est. innuit petrꝰ iohām recumbenti ad pectꝰ ihesu dicēs. Quis est de quo dicat Johānes itaqꝫ dixit ihu in silētio Domine quis est qui te tradet. Et respondit ei ihesus in silētio. Ille est cui intinctū panem porrexero. Et cum intinxisset dedit iude. Quinto qz in custodē suę matris elegit eum. Crisi. Non erat modicum eū honorari tali hōre. imperatōr celestis ꝓfectiorē thesauꝝ non habuit ꝙ illum quē sibi cōmēdauit. Jo. xix. Et ex illa hora accepit eā discipulꝰ in suā. s. custodiaz. qz ioseph custos eius iā mortuꝰ erat. Sexto qz eū spūaliter in frēm elegit qñ dixit ei. Ecce mater tua. & ad matrem dixit. Ecce filiꝰ tuꝰ. quē. s. in frēm elegi & tibi in filiū dedi. & ideo btā vgo eū tanꝙ filium suū eruditum referēs ei verba filij sui que in corde suo collegerat. Vnde Johānes plꝰ de vbis dominī ꝙ aliquis euāgelistaꝝ scripsit qz eū beata vgo instruxit. Septimo exaltauit eū in miraculoꝝ opatōe. Multa enī miācula p ipsū opatꝰ ē. Nā cū eum dominaꝝ in doliū feruētis olei misisset: diuina se ꝓtegēte grā illesꝰ exiuit. In illo igit̄ loco. s. ante portā vrbis q̄ latina dicē a xpiaīs eccia fabricaē & dies illa tanꝙ dies sui nativitatis solēnisaē. Cū ergo nec sic a ꝓicatōe cessaret iussu domitiani in pathmos insulā relegatꝰ est. & dñs ei ibi dē multa archana reuelauit. Occiso impatore cū iohes cū multo honore reuocatꝰ essz & ephesū remearet. occurrit ei turba vniuersa dicēs Bñdictus q̄ venit in noīe dñi. Cū āt vrbē ingredereē. drusiana amatrix eius mortua effebaē. Et dixerūt ei parētes ꝙ multū aduētū eiꝰ desiderauerat. Tūc iussit feretrū deponi dicēs. Dñs meꝰ ihesus xpūs suscitet te drusiana. Surge & vade in domū tuā & para mihi refectionē. & sic factū ē. Tercio exaltauit dñs btm iohez in spāli corpis dissolutōe. Cū enī nonagintanouē āno rū essz. apparuit ei dñs. qđ habeē in alio festo. in ꝛmone. Qui timet.

dñs ondit beō iohēm suū dilectū

De scō Jo. baptista Ser. xl.

Inter natos mulierū non surrexit maior iohāne baptista Mat. xi. In istis verb̄ saluator noster beatū iohānem cōmēdat et hon̄orat. Exquo ego dom̄inꝰ ipsū met cōmendat ⁊ hon̄orat. merito nos eum cōmendare ⁊ hon̄orare debem⁹ Cōmendauit autē eū dom̄inꝰ ⁊ hon̄orauit triplicit. s. in ingressu. in p gressu. ⁊ in egressu. Primo ex eo q̄ per eundē angelum qui natiuitatem suam nūciauit eciam natiuitatē beati Johānis nunciare voluit. s. per gabrielē. Cum em̄ zacharias pater suꝰ sacerdos esset in templo solꝰ in quodam festo vt sacrificium faceret ſm consuetudinē veteris legis ⁊ omnis populus foras templū expectaret: apparuit ei angelꝰ gabriel stās ad dexteram altaris dicēs Ne timeas zacharia de hoc q̄ vidisti me. Ego sum angelꝰ dn̄i missus ad te ⁊ nūcio tibi orationē tuam exauditam a deo quā fecisti p populo iudaico vt liberaret̄ a potestate romanor̄. Non em̄ orauit p filio q̄ iam senes ambo erant: sed orauit p populo israhelitico qui fuit romanis tributarius factꝰ. Et addidit angelꝰ. Insup nūcio tibi q̄ vxor tua pariet tibi filiū q̄ vocabis Sterilis sit et senex. ⁊ spū scō replebit puer ille et multos filior̄ isrl̄ cōuertet ad dominū deū suū. ⁊ ipse p̄cedet ā eū. i. precursor eiꝰ erit. ⁊ multi i natiuitate eiꝰ gaudebūt. Scdō hon̄orauit eū nois impositione. q̄ nō p amicos neq̄ p parētes: ſ p angelū sibi nomen imposuit. Vnde ait angelꝰ ad patrē eius. Et vocab̄ nomē eius iohānes Et q̄ zacharias nō credidit verbis angeli mutus factus ē. Cū aūt puer natꝰ esset ⁊ in die octaua circūscidi debēt. voluerūt eū amici sui vocare noīe p̄tis sui zachariā. Et dixit mat̄ eiꝰ. Nequaq̄. sed vocabit iohānes.

Et dixerūt ad eam. Nemo in cognatione tua est qui vocet̄ hoc nomine. Innuēto autē patre eius muto innuebāt ei quē vellet vocari eū. Et scp̄sit in tabula. Johānes est nomē eiꝰ Non dico erit: sed est iam ip̄situz a deo per angelū. Tercio hon̄orauit eū in ortu suo eo q̄ mariā matrem suā adesse voluit. Vnde cū gabriel nūciasset btē virgini i nazareth conceptionē filij sui. audiuit Et ecce elisabeth cognata tua ⁊ ipsa concepit filiū i senectute sua. Statim surrexit maria ⁊ abijt cū festinatōe i ihr̄usalē in domū elisabeth ⁊ māsit cū ea trib⁹ mensib⁹. vsq̄ ad partū ⁊ ministrauit ei. ⁊ p mo leuauit iohannē de ētra Vere magnꝰ hon̄or fuit q̄ regia celi ⁊ ētre mī strabat ei. Et sic ptz qūo dn̄s iohem hon̄orauit in ingressu. Scdō hon̄orauit eum in p̄gressu. ⁊ hoc trib⁹ modis. Primo ex eo q̄ dn̄s eum ante se ad p̄dicandū misit. Cū em̄ iohānes fuisset in deserto a iuuētute sua vsq̄ ad tricesimū annū ⁊ vltra. facta ē vox d̄ celo: dicens q̄ iret in oēm regionē p̄dicās remissionem oīm peccator̄ ⁊ baptisaret populos. ⁊ venēbāt ad eū iuxta iordanē populi multi sciētes ipsū scūm p̄phetā ⁊ baptisati sūt ab eo et dixit. Veit fortior post me cuiꝰ nō sum dignꝰ vt soluam corrigiam calciamēti eius Ego baptisaui vos aqua ille vere baptisabit vos spū scō Scdō ex eo q̄ eū in baptistā elegit. Mat. iij. Venit ihesus a galilea ad iohem vt baptisaret̄ ab eo. Johes aūt prohibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptisari ⁊ tu vēis ad me. Et rndit ihesus Sine mō. i. p̄mitte ipleri ad qd̄ veni. Sic em̄ decet nos implere p̄fectaz humilitatē. Et tūc baptisauit eum. Magnꝰ hon̄or fuit iohām q̄ spiritualis pater ihesu factꝰ est in baptismo Tercio ex eo q̄ eiꝰ vitā cōmēdauit super omnes sanctos quando dixit.

Inter natos mulierum ⁊ c. Cōmēdauit autē vitam eius in trib⁹ . scz de animi stabilitate. de vestium asperitate. ⁊ de officij dignitate. Neqre in aduentu dñi dominica. iij. in ser. Cū audisset iohānes in vinculis opa xpi Terao primaliter hortauit eū dñs in egressu. ⁊ hoc trib⁹ modis . Prio ex eo q eū ante se mori voluit ⁊ ad i feros misit vt aduētū suū patrib⁹ nūciaret Johānes em̄ per vnū annū pas sus est ante xpm. Secūdo ex eo q de inimicis iohannis xps se vindicauit. Nā gaius herodē ⁊ herodiadē q eū de collari fecerūt in exiliū misit ⁊ ibi miserabiliť vitam suam finierūt. ⁊ filia que caput ei⁹ petierat viua de terra absorpta ē. Terao ex eo q dñs post mortē eius p eū miraculť clarificauit Cū em̄ decapitat⁹ fuisset herodes caput eius occulte detulit ⁊ sepeliuit in ierusalē iuxta palaciū herodis Et quo hoc dominus miraculose manifestauit: inuenies i sermo. de ei⁹ decollatione. Apud Maurigenā vrbem galilee. Matrona quam nobilis btō iohānī valde deuota deum instanti⁹ orauit vt sibi de reliquijs beati iohānis aliquid daret. Cum aūt orādo nihil se proficere videret: iuramēto se astrinxit q hactenꝰ nō comedēt donec qd petēt accipet. Cum aūt p aliquos dies ieiunasset: pollicē sup altare miri cādoris vidit. ⁊ de dono dei lete suscepit. Tres aūt epi illuc accedētes . cū quilibz de illo pollicē partē vellet accipe. tres guttas sanguinis de ipso stillantes i lineo pāno suscepe rūt ⁊ letāter ad pria redierūt Qui clam rex longobardoꝝ iuxta eccliaz sancti Johis sepultus fuit. qdā vero cupiditate allect⁹ nocte sepulchrum aperuit ⁊ abstulit vniuersa Cui beat⁹ iohes apparuit ⁊ dixit. Cur ausus fuisti tāgē mihi cōmissa i eccia mea deceтero ingredi nō valeb . Nō vtiqz sic euenit. Nā quādocūqz predictam ecclesiā ingredi vellet q̄si a validissimo pugili guttur eius feriebat. Et sic subito retroibat.

De eodē. Sermone. xli.

Iohānes ē nomē eius . Lu.i. Post nomē ihu ⁊ nomē marie. nomē iohis magnificat in scripturis sactis. Sunt aūt plura noīa huic sancto ipsita in sacra scriptura. Primo vocať iohānes qđ est gratia dei. Fuit aūt multiplex gratia in beato iohāne. Primō grā celestis patris qui eū in vtero sanctificauit et nomē imposuit: vt ōt dñs Jhē. p. Priusq̄ te formarē in vtero: noui te .i. predestinaui te preceteris . hic ad gtiam ⁊ in futuro ad gloriā: ⁊ antequ exires de vulua sanctificaui te Et nō solū sanctificauit sed eaā nomē p āgelū imposuit. Vñ ait angel⁹ ad zachariam . Et vocabis nomē ei⁹ iohānes Vnde ait Isa. xlix. Abvtero vocauit me: ⁊ de ventre matris mee recordatus ē nois mei. Itē habuit grām patris q eum ante filium suū precursorē misit Malach . iij. Ecce ego mitto angelū meū qui pparabit viā ante faciē meam . Verba sūt patris ad filiū. Ecce quo in grā celestis patris fuit qui vocauit eū angelū suū ⁊ i vtero sanctificauit eū ⁊ nomē sibi ipsi imposuit. Secūdo fuit Johānes in grā filij. qđ ptz ex eo q ab eo baptisari voluit . Ma . iij. Venit ihūs a galilea ⁊ c. Secūdo q vitā eius cōmendauit dicens Inter natos mulierū nō surr. ⁊ ē ij . Cor . x . Nō em̄ q seipsū cōmēdat ille pbatus ē: sed quem dñs cōmēdat. Terao fuit i grā spūs sci. Vñ ait angel⁹ . Spū scō replebiť: ex vtero matris sue. Cui ei⁹ magister fuit ⁊ docuit eum p̄dicare. Vnde per Isa. xlix. ōt. Posuit os meū tanquā gladiū acutū. Predicatio eius ⁊ spūs sci grā q̄ loqbať p os ei⁹

fuit ḡsi gladi⁹ acut⁹ · q⁹ fortiē pcō
tes arguebat ⁊ nulli ꝑpat · nec pha
riseis · nec herodi · Nā phariseos vo
cabat gemmina viperaꝝ . Herodem
audacter arguebat ꝑpē herodiadem
Nō licet m̄ḡt tibi frīs tui hīe vxorē ·
Et herodes metuebat iohez · sciēs ip
sū virū iustū ⁊ scm̄ · Et sic ptz qūo sā
ctus iohes habuit grām pr̄is ⁊ filij
et spūs scī · Quarto habuit gratiam
apud Mariam virginem q̄ sibi in
ortu seruiuit ⁊ eū de terra p̄mo leua
uit · Nō scptura letanē exp̄mit quā
do dt q⁹ Maria abijt cum festinatōe
in iherusalē in domū elisabeth ⁊ mā
sit ibi tribus mēsib⁹ · ⁊ ministrabat
ei · O q̄ magna gratia q⁹ regina cēli
et terre sibi ministrare voluit · Ma
ria nullū ministrantē habuit: sed so
la puer ꝑperit · sola pānis eū inuol
uit · sola in p̄sepio eum posuit · tm̄ cu
stos ei⁹ ioseph ⁊ angeli affuerūt · Si
cut cantat ecc̄a · Gaude dei gēmtrix
quā arcūstāt obstetricū vicē cōcinē
tes angeli gloriā deo · sed Maria ob
stetrix iohannis esse voluit · Quinto
eaā habuit grām apud oēs ꝓpīes ·
Nam cum natus esset vicini ⁊ ogna
ti eius cōgratulabanē · Et cum esset
in deserto predicās · exibat ad eum
omnis iherosolima ⁊ omnis iudea ⁊
omnis regio circa iordanē ⁊ baptisa
banē ab eo in iordane · Etiam phari
sei ⁊ publicani ⁊ omnes milites ad
eum gratiaz habebāt · Sicut herodes
de quo legiē q⁹ eū metuebat · sciens
eum virū iustum ⁊ sanctū libenē eū
audiebat ⁊ audito eo multa bona fa
ciebat · sicut ptz in p̄cēdēti sermone ·
et sic ptz de p̄mo noie · Secūdo vocat
amicus sponsi . i . xp̄i · Jo . iij · Amicus
sponsi qui stat ⁊ audit eum · gaudio
gaudet ꝑpter vocem sponsi . i . xp̄i Est
eni amicus sponsi . i . xp̄i ⁊ xp̄s amicus
eius ꝑpter triplicē virtutē qua polle
bat · Primo ꝑpter mūdiciam siue ca
stitatem · Pro · xij · Qui diligit cor
dis mūdiciam habebit amicum regē
scz celestem · Non solum habuit mū
diciā cordis : sed eaā corpis ⁊ totius
cōuersationis · ⁊ ideo vt castitatē su
am nō macularet · vinū ⁊ sicerā non
bibit : sed tm̄ aquā · Esca eius mel sil
uestre ⁊ locusta erat · ⁊ solitarius in
deserto habitabat · Vñ cantat de eo
Antra deserti teneris sub annis / auiū
turmas fugiēs ꝑtristi · ne leui saltem
maculare vitā famine posses · Secō
fuit amic⁹ eius ꝑpter suiipsi⁹ hūilita
tē · Nulla em̄ amicicia p̄t esse inter hu
milem ⁊ superbū · Si ergo iohes hu
milis nō fuisset : amicus sponsi nō ex
titisset : immo nec maria sine humili
tate : deo placuisset · vñ Jhero · Nihil
est q̄ nos deo ⁊ hominib⁹ ita caros
effiat q⁹ si vite merito magni · humi
litate simus infimi · Sic beat⁹ Johan
nes magn⁹ fuit coram dño tm̄ se infi
mū reputauit Nō em̄ iudei ꝑpē vite
sue sōtatē ipsū estimabāt esse xp̄m ⁊
quererēt ab eo vtrū ipse esset xp̄s ·
Negauit · Non sū ego xp̄s Et addidit ·
Nō sū dign⁹ vt soluā corrigiā calcea
mēti eius · Terao fuit amicus xp̄i ⁊
econtra ꝑpē volūtatis ꝯformationem
Juxta illud Tullij · Idē velle / idē nolle /
summa amicicia est · Ad Ro . xij · Pro
betis que sit volūtas dei · Jnē discre
des em̄ non potest esse amicicia · Hoc
sciuit beat⁹ Johānes ⁊ volūtatē dei
obseruauit · p · Thessa . iij · Hec ē vo
lūtas dei sanctificatio vestra · Volun
tatē dei p̄dicauit q̄ dixit · Penitētiā
agite · appropiq̄bit em̄ regnuz celo
rum · Volūtatem eius moriēs iuesti
gauit · Cū em̄ incarcerat⁹ esset misit
discipulos suos ad ihesum · dicēs Tu
es qui venturꝰ es · an alium expecta
mus · Mathei · xi · quasi diceret ꝯm
Grego · Exquo descensur⁹ sum ad in
feros : vis vt aduentū tuū nunciem
alijs sicut hic nūciauiEcce quomodo

vsq; ad mortē: suam volūtatē: dei cō formabat volūtati. ideo amic⁹ sponsi xpi sc̄z erat. Tercio vocatur helyas. Mat. xi. Dixit Jhesus de iohe. Si vultis scire: iohānes ipse ē helias qui venturꝰ est. & hoc dictum similitudiarie dicat̄. Sicut enim helias prenūciabit scōm aduentū. sic iohānes pnūciauit primū. s. in carne Helias enim habuit austeram vitam. durum indumētum. & habitabat in deserto. Sic Johannes habuit austeram vitam. habitabat in deserto. vestimentum de pilis camelorum habebat. Esca eius locusta & mel silueſtre: potꝰ eiꝰ aqua fuit. Item helias acriter pcōres arguebat. s. regem achab ꝓpter sceleā sua. & ideo mortē ei minabat̄ Johes arguebat herodem ꝓpter scelera sua et ideo mortez ei inferebat. Quarto vocat̄ lucerna. Jo. v. Ille erat lucerna ardēs & lucēs. Ardēs ꝓpter caritatem. lucens ꝓpter doctrinam. Ber. Lucere & non ardere vaciū est. ardere & non lucere parum est. lucere & ardere pfectū est. Johes aūt erat lucerna ardens in caritate ad deū & ad proximū. Caritatē ad deum: qz p eo mortē sustinuit Quis nulla ẽbulatio nulla pena. nulla vincula. eū a caritate dei separe poterāt Vñ potuit dicē cū apl̄o. Ro. viij. Quis nos sepabit a caritate dei Tribulatio. an āgustia an fames. an nuditas. an periculū. an gladiꝰ .i. ipsa mors. q. d. Nequaq;. Quāuis em̄ gladius herodis sepauit caput a corpe. tamē nō sepauit aiaz a caritate dei. Habuit eciā caritatē ad ꝓximū. Quia salutē eius q̄n tum potuit predicando. corripiēdo. supplicādo. procauit. Erat autem lucerna nō tantum ardēs per caritatē: sed etiam lucens per doctrinā. Luxit em̄ doctrina sua oibꝰ hominibꝰ. Dicebat enim turbis vemētibꝰ ad se ad iordanē. Facite vobis fructꝰ dignos pemitētie. .i. fructuosā pēnitētiam. Jā enim securis ad radicem arboris posita est. Oīs arbor nō faciens fructum. excidet̄ & in ignem mittet̄. Et intro gauerūt eū turbe dicētes. Quid faciem⁹ & salui erim⁹. Respōdens ait. Qui habet duas tumicas: det vnam non habēti: & q̄ habet escas faciat similiter. Veniebant em̄ publicani. .i. mercatores publica negocia tractantes: & dixerūt ei. Quid faciemus & nos vt. s. salui fieri possimus. At ille dixit eis. Nichil āplꝰ facietis q̄ cōstitutū vob̄. Glō. .i. psumite illud qđ sm deū & hūana statuta licite poteritis ac cipe. Interrogabāt eū & milites dicentes. Quid faciem⁹ & nos. Ait illis. Nemīē cōcutiatis. s. in psona. neq; calūniā faciatis. .i. iniuriā i rebꝰ suis et otenti estote stipēdijs vestris. .i. iustis redditibꝰ vestris. Jtē docuit cōmunit oēs pcōres: dicēs Pemitētiā agite. appropinquabit em̄ regnuz dei. Vñ vocat̄ ꝓpheta. Lu. i. Et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. Et nō solum ꝓpheta sicut dicit domin⁹: sed pl⁹ q̄ ꝓpheta Mat. xi. Quid existis in desertum videre ꝓphetam. Etiam dico vobis pl⁹ q̄ ꝓphetam. Johānes pl⁹ q̄ ꝓpheta fuit. qz alij ꝓphete prophetauerūt aduti. Jpe ꝓphetauit in vtero matris sue aduentum xpi. Lu. i. Cum maria cōcepisset filium suum. abijt cum festinatōne in iherusalem ad domū eliz abeth & salutauit eam. Et iohānes sciēs filij dei aduentum exultare cepit in vtero matris sue et elisabeth repleta spū sancto dixit. Benedicta tu i mulieribꝰ & bñdictꝰ fructꝰ ventris tui. Et vñ mihi hoc q̄ mat̄ dn̄i mei venit ad me. Ecce ei vt facta ē vox salutationis tue i auribꝰ meis exultauit infās in vtero meo. Ambro. Nō lingua nō poterat. aio exultāte salutat. & sue pturionis officiū ihoat: Nōdū ei natꝰ iā ꝓphauit

ñ plꝰ q̄ ꝓpha fuit. Nuia alij ꝓphe te ꝓphauerūt de futuro: hic āt de pñti. Quē ei alij futurū putabāt: hic digito iā veīsse mōstrabat dicēs. Ecce agn9 dei. ecce q̄ tollit pcā mūdi. Digit9 ille cū quo dñm mōstrabat cum cōburerēt gētiles ossa ei9. obuti ñ poterat. Sed a q̄busdā monachis inuētus ē. quē btā tecla postea in normā nam detulit de marinis ptib9. t ī honorē beati iohānis ecclesiam fabricauit. Sexto vocaē baptista. qꝛ ipse ꝑmus fuit q̄ babtisma inœpit t populū baptisauit. t p̄dicauit p baptismū recipere remissionē oīm pcōꝝ. Insup baptista saluatoris nostri fuit. Septimo vocaē angel9. Malach. iij. Ecce ego mitto āgelū meū ante t ē. Dicē angel9 ꝓpter otinentiā virginitatis. Ihꝛom. In carne enim pretere carnem viuere: nō humana. sed angelica vita est. Ambro. Supgredie virginitas ꝺditionē humane nature per quā hoies angelis assimilanē. maior tñ est ꝺgimū victoria q̄ angelorꝝ Angeli em̄ sine carne viuūt. ꝺgies em̄ in carne triumphāt. Rogem9

De scō petro Sermo. xlij.

Dixit Ihesus symoni petro. Diligis me plꝰ hijs. Dicit ei petrus. Tu scis dñe qꝛ amo te. Jo. vltī. In verbis ꝓpositis notantur duo. Primū est exammatio petri de dilectione dei. ibi. symon petre. secundum est eiusdem dilectionis probatio. ibi. Tu scis domine. Scendū autem q̄ multa sūt signa caritatis p que homo pbaē vtrum diligat deū vel non. Primū signum ē q̄ qui diligit deum libēter cogitat de eo. Mat. vi. Vbi est thesaur9 tuus ibi ē t cor tuū. Vnde ꝺr Deuē. vi. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Sicut em̄ qui turpiter amat semper cogitat ꝺ eo quem amat. Sic etiam qui deum amat non semper aliud q̄ de eo cogitat t in nulla alia re delectaē. Vnde Psal. Delectare in dño deo tuo t dabit tibi petiones cordis tui. Istud signum dilectionis habuit btūs petr9 Nam de eo legiē q̄ semper sudarium in manu portabat quo crebro fluentes lacrimas tergēt. Quia q̄n dulcis allocutionis t melliflue p̄sentie dñi memor erat: que semper in corde suo erat. pre nimia amoris magnitudīe lacrimas cōtinē nō poterat. Et adeo flere ī ꝺsuetudinē duxerat. q̄ facies eius ex fletu lacrimaꝝ q̄si exusta videbaē. Et toto tpe vite sue quotiēs cunq̄ audierat gallū cātare. amarissime fleuit: recolens q̄ gallo cātāte dñm ter negaueāt. Secūdum signū est q̄ qui deū diligit patiēter aduersa sustinet ꝓpter deum vsq̄ ad mortē Canti. viij. Fortis ē vt mors dilectio Aug9. Nihil fortiꝰ hoie habente caritatem. Amantem em̄ deū nulla pena ꝑt separe a caritate dei. Ad Ro. viij Quis nos separabit a caritate xp̄i Tribulatio. i. afflictio corpis. āgustia. i. tribulatio mētis. aut nuditas. i. paupertas. aut gladius. i. mors. q̄si dicit. Nullo modo ista possunt amātem deum separare a caritate dei. Hoc signū caritatis inuenim9 in btō petro. Quia dixit. Dñe paratus sum tecum in mortē t in carcerē ire. Non em̄ volebat ante xp̄m mori. qꝛ intātum eū dilexit: q̄ eius presentia carere non potuit. Nec volebat post eū mori qꝛ tūc similiter eius p̄sentia caruisset: sic volebat secum in carcerē t in mortē ire vt semp dulcā eius p̄sentia fruerētur. Vere mag̃ dilectio fuit q̄ cū eo mori voluit. sicut ꝺr Jo. xv. Maiorē caritatē nemo habet vt ponat aiam suam quis ꝓ amicis suis. Et qꝺ ꝓmisit vtiq̄ cōpleuisset si dño placuisset Sed tamen postea adimpleuit cum mortem ꝓ eo sustineret. Tertiū signum est q̄ qui diligit deum hꝫ zelum

dei. quia dolet & ꝺtriſtaꝛ de cõtume
lia ꝺo illata. Anſelm⁹. Quãto quis
alium ꝺiligit. tãto de bono eius gau
det. & de malo eius dolet. Qui ergo
ꝺiligit deum: gaudet de hõre deo ex
hibito. & dolet de cõtumelia deo illa
ta. Pſal. Qui ꝺiligitis deũ odite ma
lum. Sicut ẏmees qui zelo accẽnſus
occidit zambri ꝓpter cõtumeliã quã
exhibuit deo. Numeri. xxv. Sequite
hyſto. dominica. ix. poſt feſtum trini
tatis in ſermo. Nõ ſim⁹ concupiſcen
tes Itẽ mathathias occidit iudeũ im
molantez ydolo. Nota hyſtoriam. i.
Mach. ij. Hoc ſignũ dilectionis ĩue
nimus in btõ petro. qui voluit q ſy
mon magus diuinos hõres ſibi aſſcti
pſit. Erat ei in ieruſalẽ quidã noie
ſymõ qui ſe filiũ dei dixit eſſe. qui p
artez magicam fert ſerpẽtes eneos
cantaret gloriabaꝛ ſe p aera volare
lapides in panes mutare. & nouas ar
bores creare. Cõtra hũc diſputabat
btũs petr⁹ & omnia malefica ei⁹ de
texit. Vidẽs aũt magus q ei reſiſtẽ
nõ poſſet oẽs libros artis ſue ne forte
magus ꝓderetur i mare pieat & ro
mã pertexit & ibidẽ deo ſe eſſe aſſeru
it & arte ſua ꝓplm ſeduxit. Nõ audi
ens petrus romam puenit & ibidem
xv. anns populũ rexit ipſum cõuer
tens ad fidem. Nero autem ſymonez
magum ꝓ deo habuit & ambo ꝺalĩũ
cõtra petrũ mierũt. Apparuit autez
dñs petro dicẽs. Symon & nero con
tra te cõſiliaꝛẽ. ß ne timeas qm̃ ego
tecum ſum & eruam te. & mittam ti
bi paulum ĩ auxiliũ qui craſtina die
romam veniet. Venit ergo paulus
et cũ btõ petro ꝓdicare cepit. Symõ
autez magus ecõtra ꝓdicabat & ſua
arte multa mirabilia faciebat. Qua
dã die dũ ante neronẽ ſtaret. ſubito
effigies ſua mutabaꝛ. & mõ ſenex.
mõ adoleſcẽs videbaꝛ Dixitq nero
ni. Vt ſcias me vez filiũ dei eſſe fac
mẽ decollari & tertia die reſurgam.
Tũc pcepit carnifici vt eũ decollaꝛz
Qui cũ putaret ſe decollare ſymonẽ
decollauit arietẽ. Symõ aũt arte ſua
illeſus euaſit. & arietis mẽbra colli
gẽs: ea abſcõdit. Sanguis aũt eius
ibidẽ congelat⁹ remãſit. Die aũt ter
tia oſtẽdit ſe nerom dicẽs Fac ſãgui
nem meũ extergi: q ecce ego reuixi.
Quod nero vidẽs: ipſum filiũ dei eẽ
putabat Et cum eſſet in conclaui cũ
nerone. demon in eius ſpecie foras
ꝓlo loquebaꝛ. Vñ romani eius ma
gice fecerũt & hũc titulum ſuperſcrip
ſerũt. Imago ſymonis dei viui & ve
ri. Petr⁹ autem & Paul⁹ ad neronẽ
intrauerunt & eius malefica detexe
rũt. Et addidit Petr⁹. Sicut in xpõ
ſũt due ſubſtãtie. ſ. dei. & hominis.
Sic in iſto imagĩe ẽ diabol⁹ & homo.
Nero dixit. Nõ times ſymonẽ q̃ dei
tatẽ ſuã affirmat. Cui petr⁹. Si de⁹
eſt dicat mihi cogitationẽ meã quã
auribꝰ tuis inſonuero. Et accẽdẽs di
xit nerom occulte. Jube mihi panez
ordeaceũ afferri & occulte dari. Qui
cũ oblat⁹ eſſet. accepit petr⁹ occulte
ſub manica & bñdixit & dixit. Dicat
ſymon q̃ ſe deum fecit. q̃d cogitaui
aut q̃d dixi. á q̃d fecꝰ. Rñdit ſymon
magus. Petr⁹ dicat q̃d ego cogitẽ
Dixit petr⁹ Quid cogitet ſymõ: me
ſcire docẽdo dum q̃d cogitauerit fa
cere. Tũc ſymõ indignat⁹ clamauit
Procedẽt canes & deuorẽt petr⁹. Et
ſubito apparuerũt canes maximi De
tr⁹ vero panem benedictum obtulit
eis & ſtatim in fugam cõuerſi ſũt. Et
dixit petr⁹ nerom. Ecce oſtendi me
noſſe q̃d cõtra me cogitauerat non
verbis: ſed factis. Dixit ſymõ petro
et paulo. Si hic mihil poſſum vob fa
cere veniem⁹ vbi oportet me vos iu
dicaꝛe Tũc iactauit ſe velle mortuos
ſuſcitare. Accidit aũt q̃ q̃dã iuuems
moreꝛeꝛ. Vocati ſũt ego ſimõ mag⁹

et petrus vt ille occideret qui mortuum suscitare nō posset. Cūq simō super eum incātatiōes faceret cepit caput mouē. Tunc incæperunt oēs clamare et petrū lapidare volebant. Et ait petrus. Si viuit surgat et ābulet. Cū aūt surgere nō posset. amoto sp mone accessit petrus et dixit. Adolescēs. In noīe ihu xpi nazarem crucifixi surge. et statī surrexit Cūq pl's simonē vellet lapidare nō pmisit petrus. Tūc ligauit simō canē añ ostiū marcelli q fuit discipul9 petri dicēs Nūc videbo si petrus qui ad te ire consueuit ingredi poterit. Venit aūt petrus et signo sancte crucis facto canē soluit Qui statim solū simonem arripuit et ad terrā deiecit. Et occurrēs petrus precepit ei ne corpus eius ledēt/ Sed vestes ei9 sic lacerauit vt nud9 pmit9 remanēt. Populus aūt et pueri cum cane post eū cucurrerūt. et eum quasi lupū de ciuitate eiecerūt. Post annū simon reuersus ē ad neronem. et dixit se velle cēlū ascēdere. Et cōuocato pl'o die statuto capitolium ascēdit. et de omnib9 eum ducentib9 volare per aera videbaī. Tūc petrus ait. Adiuro vos demones p dñm ihm xpm vt eū amplius nō feratis et corruere facatis et cōtinuo corruit et fractis cerui cib9 expirauit. Tūc ad iussum neronis petrus et paul9 missi sunt in carcerē et pcessus et martirizati sunt. Erant aūt duo custodes qui eos custodiebāt. quos petrus ad fidem cōuertit. Et ipsi aperto carcere eos abire pmiserūt. Quo pcepto capite sūt trucati. Rogauerūt aūt fratres petrū vt abiret. Et cū recedere nollet. tandē tū victus pabulo abscessit. Cūq venisset ad portā ciuitatis. providit sibi xpm occurrē et ait. Dñe q vadis. Qui respōdit. Venio romā iterū crucifigi. Dō cū de sua passione dictum intelligeret. rediit. Capitur ergo a ministris neronis et agrippe prefecto psentat et crucifigi iubetur Paul9 autē qui ciuis erat romanus iussus est decollari. Cūq beatus petrus ad crucem venisset ait. Nōn dominus meus de celo ad terram ascendit. recta crux sublimat9 est me autem q de terra ad cēlū reuocare dignat9 est. crux mea caput meū in terram debet extendere et pedes ad cēlum dirigē. Quia non sū dign9 ita i cruce esse sicut dñs me9 Ergo crucē meam girate. Tūc illi crucē verterūt et pedes sursū/manib9 autē deorsū fixerūt. Tūc populus iratus et furore replet9 voluit neronem et prefectū occidere et aplm liberare. Quib9 rogauit eos ne passionē suam impedirēt. Tūc multi xpiani q astabāt et flebāt. videbāt angelos stātes cum coronis de floribus rosaru et liliorū arca crucē et viderunt petrum librū quendā habētē et a xpo accipientē de quo legebat petrus oīa verba q xps in cruce dicebat. et ad vltimū grās agēs deo dixit. Gratias tibi ago spū toto quo viuo et quo te intelligo. Et sic emisit spūm. Tunc marcellus et apule9 frēs discipuli ei9 eum de cruce deposuerūt et eū diuersis condētes aromatib9 cū deuotione sepelierūt. Rogem9

De sancto Paulo Ser. xliij.

Ego nō solū alligari sed etiā pat9 mori sū xpi nomen dñi nri ihu xpi. Actu. xxi. Cum btus paul9 ābularet p ciuitates et eas predicādo vbū dei. et vellet ire in ihlm. Die q̄dā cū esset in cesarea venit agab9 pphēta a ihlm ad paulū et accepit zonam pauli et ligauit pedes eius et manib9 eius. Et dixit. Hec dicit spūs scūs vir ei9 ē zona hec hūc sic alligabūt iudei in ihlm et tradēt eū in manib9 gentiū. Dō cū audissent fideles q erāt ibi flebāt et rogabant eum ne iret in iherusalem Paul9 autem respondit. Quid facatis flētes

et affligẽtes cor vestrum. Ego enim non solum alligari sed etiaz mori paratꝰ sum ꝓpter nomen ihesu xpi. Sciendum autem ꝙ beatꝰ paulus paratus fuit ad tria ad que nos etiam debemꝰ esse parati. s. ad obediendum ad sustinẽdum. ⁊ ad moriẽdum. Sic et nos debemꝰ esse parati ad obediẽdum deo. ad sustinendum ꝓpter deũ et ad moriendum ꝓpter deum. Prio debemꝰ esse parati ad obediendum deo ⁊ p̃ceptis eius benuole ⁊ letanẽ et non coacte obedire. Psal. Paratus sum ⁊ nõ sum turbatꝰ ⁊c. Debemus etiam obedire benuole sine ꝓ tractione. Augꝰ. Verꝰ obediẽs mãdatum non ꝓcrastinat sed parat aures auditui. manꝰ operi. pedes itineri linguã voci. oculos visui. ⁊ se totum intra se colligit vt mãdatum in pauas ꝑagat. Hoc modo paratꝰ fuit paulus quãdo dominꝰ eum vocauit Actu. ix. Cum accepisset epistolas a principibus sacerdotũ in ihĕrusalem vt iret in damascum ⁊ xpianos vinctos duceret in ihĕrusalem ⁊c. vsq ad vocationem domini. Cui respondit. Domine quid me iubes facere, quasi diceret. Indica mihi voluntatez tuam ⁊ paratꝰ sum tibi obedire. Et ab illa hora vsq ad horam mortis sẽper paratꝰ fuit obedire mãdatis dei et ea adimplere. Secundo debemus esse parati ad sustinẽdum ꝓ deo persecutiones. tribulationes ⁊ flagella. Psal. Ecce ego in flagella paratꝰ sũ Oportet enim nos patos esse ad multas tribulationes si volumꝰ intrare in regnum celorum. Nam de Actuũ. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Hoc modo beatꝰ paulus paratus fuit qui multas tribulationes ⁊ flagella sustinuit. Nã de eo legit ꝙ ter virgis cesus publice ⁊ quinquies flagellatꝰ fuit ⁊ in quadam flagellatione tres ictus cum corrigia accepit Sicut ipse testat dicẽs Quinquies quadragenas vna minꝰ accepi. Semel lapidatꝰ est. Cum enim in listra predicaret superuenerunt iudei ⁊ concitauerũt populum cõtra paulum ⁊ lapidabant eum. ⁊ existimãtes eum mortuum abierũt. Christiani autem circũsteterũt eum ⁊ respirauit ⁊ nescientibꝰ iudeis reportauerũt eum in ciuitatem. ⁊ cõualuit. Ter naufragium pertulit. magnamq tribulationem a multis sustinuit. Et sic nos eiꝰ exẽplo facere debemꝰ. Ad quod etiam monet nos dominꝰ. Mat. v. Beati qui persecutionem patiũtur ꝓpter iusticiam quoniam ipsoz est regnum celorum. Tercio debemꝰ esse paratiad moriendum ꝓpter deum priusq̃ aliquid cõtra eum faciamꝰ. Vñ dixerũt septem fratres cum matre sua. ij. Macha. vij. Parati sumꝰ mori prius q̃ leges paternas preuaricari. Et sic petrꝰ dixit Luce. xxij. Domine paratus sum tecũ in carcerem ⁊ in mortem ire. Immo xp̃s paratꝰ fuit pro nobis mori quãdo iudeis obuiã iuit, dicẽs. Quem queritis Si ergo me q̃ritis. paratꝰ sum sc̃z. ad mortez. Sic beatꝰ paulus paratꝰ fuit ꝓ xp̃o mori quãdo dixit. Ego nõ solum alligari sed etiam mori paratꝰ sum ꝓpter nomen domini ihesu xpi. Cum enim iherosolimam venisset ceperunt eum iudei. ⁊ cum vellẽt eum occidere. appellauit ad cesarem dicẽs se esse ciuẽ romanum. Pater enim suus cõtraxerat amicitiam cum romanis ⁊ comparauerat ciuilitatẽ cum eis. ⁊ paulus sic iure hereditario habebat consorcium ciuilitatis romanorum. Nõ audiẽtes iudei nõ audebant eũ inter ficere. sed miserũt eũ vinctũ in romã et Nero dedit ei liberã ptãtez dẽabulãdi ⁊ p̃dicãdi Cõdurit aũt hospicũ et suscipiebat oẽs q̃ ingrediebant ad

eum predicans eis fidem dominum nostri ihesu xpi & de laboribus manuum suarum victum eis tribuit. Deinde predicationi vacabat ita vt plerumque vsque ad noctem sermonez protraheret. residuum vero temporis comessationi & somno satis congruum erat. Partes illas arca romam arcuit et predicauit. Quartodecimo anno imperij Neronis. cui ei nequaquam inualuisset insidiabatur paulo. Contigit autem quadam die dum paulus predicaret patroclus pincerna neronis vt eum audiret comodosius fenestram ascendit: & obdormiens cecidit ex fenestra & expirauit. Quod audiens nero plurimum de eius morte doluit & statim alium in eius officium ordinauit. Paulus vero per spiritum hoc cognoscens dixit astantibus vt illuc irent et patroclum cesaris carissimum ad se defunctum afferrent. Quem allatum paulus suscitauit & ad cesarem cum sociis suis misit. Qui cum de eius morte lamentaretur. ecce patroclus iuuenis adesse pre foribus nunciatur. Audiens nero patroclum viuum quem pauloante nouerat mortuum. plurimum quidem expauit & eum ad se ingredi recusauit. Sed tandem persuasu amicorum intrare permisit. Cui nero ait Patrocle viuis. Et ille. Cesar viuo Et nero. Quis te fecit viuere. Et ille Dominus ihesus xps rex omnium seculorum. Irato nero dixit. Et ille regnabit i secula & resoluet regna mundi. Cui patroclus. Etiam domine. Tunc nero dedit ei alapam dicens Ergo militas illi regi. Cui ille. Vtique sibi milito qui a mortuis me exitauit Tunc quinque milites neronis qui ei iugiter assistebant. dixerunt ei. Cur patris iuuenem qui verum dicit nam & nos illi regi militamus. Quod audiens nero fecit eos in carcerem recludi vt mimum torquerent nec quos mimum ante dilexerat. Tunc omnes xpianos fecit inquiri & omnes sine interrogatione per tormenta valida puniri. Tunc paulus vinctus ante neronem inter ceteros ductus est. Cui nero. O homo magni regis seruus. mihi autem vinctus cur milites meos mihi subtrahis: & tibi eos colligis. Cui paulus. Non solum de tua aula milites collegi sed etiam de orbe vniuerso quibus rex noster dabit stipendia perpetua que nunquam deficient. & si subditus eius esse vis salus esse poteris. Ipse enim tante potentie extat vt iudex omnium vemat et mundi huius figuram per ignem resoluat. Tunc iratus nero precepit milites igne cremari & paulum decollari. Et ait paulus. Modico tempore patiar & eternaliter viuam Et ait nero. Auferte ei caput vt me regi suo fortiorem intelligat. & videamus si semper viuat. Cui paulus. Vt scias me eternaliter viuere cui mihi caput abscissum fuerit: viuus tibi apparebo. His dictis ad locum supplicij ducatur ettres milites qui eum duxerunt ad fidem conuertit. Qui cum rogassent ipsum vt libere abiret quo vellet. ait Absit fratres vt fugiam. Non enim sum profugus sed miles xpi legitimus Sao enim quia per hanc vitam trasito riam ad vitam trasibo eternam. Nox autem vt fuero decollatus viri fideles rapient corpus meum. vos autem locum notate & illuc eras mane venite et inuenietis iuxta sepulchrum meum duos viros. s. Tytum & lucam orantes & illi vos baptisabunt. Post hoc misit nero duos milites vt viderent si decollatus essz. quos cum vellet paulus conuertere dixerunt. Cum mortuus fueris & resurrexeris. credemus. Cuz autem ad portam venissz occurrit ei discipula sua. Planxilla flens & suis orationibus se commendare cepit. Cui paulus. Commoda mihi velum quo

caput tuū tegis ⁊ inde oculos meos ligabo ⁊ postea illud tibi restituam. Nō cum illa faceret · carnifices trudebant eam dicētes · Quid isti mago tā pauū pannū tribuis vt amittas Cū ergo ad locū passionis venisset extensis in celū manib⁹ cū lacrimis orabat ⁊ grās agēs deo mumēs frontē et pectus signo sancte cruc̄ · valefecit fratrib⁹ ⁊ oculos sudario planxille ligauit ⁊ vtrūq; genu in terra figēs collum extēdit dicēs · Dñe ihesu xpe. In manus tuas cōmendo spūm meum · ⁊ decollatus est. Linus papa dicit q; de corpe eius lac emanauit · et lux immēsa super eum exhalauit. Vtq; caput eius a corpe saliēs · Ihesus xps q; sibi in vita tā dulce extitetat clara voce trib⁹ vicibus exclamabat. Statim autē dum decollat⁹ esset apparuit planxille dans ei sudarium sanguine pfusū · ⁊ cū milites q̄ eum decollauerūt ciuitatē intrarēt · dixit eis plāxilla · Vbi dimisistis magistrum meum paulum · Respōderūt. Extra ciuitatē iacet decollat⁹ ⁊ facies eius sudario tuo ē ligata · Que ait · Ecce iam venerūt petr⁹ ⁊ paulus coronis fulgētib⁹ ad me ⁊ paulus pītauit mihi sudarium q̄ ei dederā · Et oīdit eis sudarium cruentatū · ⁊ ꝓpt̄ hoc miraculum plures fidem receperūt. Audiēs hoc nero q̄ contigerat vehementer extimuit · ⁊ cū amicis suis loq̄ cepit · Cūq; inuicem loquerent · venit paulus clausis ianuis ante neronem stare ⁊ dixit · Cesar ecce paul⁹ miles inuicti regis · crede nūc q; nō sū mortuus sed viu⁹ ⁊ tu miser eterna morte morieris · q; scōs dei inuste inēfias Et hys dictis disparuit · Tres autez milites sicut iussit paul⁹ ad sepulcrū eius venerūt ⁊ inuētis duobus discipulis baptisati sūt. Caput aūt beati pauli in q̄nda foueā est proiectū. Tādem cū fouea mūdaret eiectum est cum alys purgamētis · Nō quōdā pastor inueniens iuxta caluas ouiū sup quandam virgam erexit. Vidit aūt per tres noctes cōtinuas cū dño suo sup predictū caput lucē ineffabilē effulgere · Nō cū xpianis nūciatū esset dixerūt · Vtq; caput pauli ē. Et cū posuissent caput ante pedes corpis corp⁹ se euertit ⁊ i loco suo capiti sa iunxit · ⁊ sicut tūc inuenerūt ognous rūt vez caput esse · Rogem⁹ ·

De scō Petro ⁊ Pau. Sermlin.

Fecit salomon duas colūnas ⁊ posuit eas i throno tēpli. vnā a dextris quā vocauit Jachim · ⁊ aliā a simistris quā vocauit Boaz · in · Re · vij · Salomō interpretatur pacific⁹ ⁊ sīgt xp̄m q̄ fecit pacē in ter deū ⁊ hoiem que quinq; milibus annoz fracta erat ⁊ per nullū potuit reformarir nisi per sanguinem ihesu xpi · Roma · v · Pacē habem⁹ ad deū per dominū ihesum xp̄m · Et seq̄tur · Cum inimici essem⁹ reconciliati sum⁹ deo per mortem filij eius · Sicut inter gentiles quosdam pacis reformatio fieri osueuit per effusionē sanguinis ouis vel bouis vel alteri⁹ aīal Sic pax reformata ē p sanguinem ihesu xpi · Cum enim ihesus xp̄us vellet pacem facere inter nos ⁊ patrem suum · nō effudit sanguinē animalis sed ꝓpriū vt pax eo fortior esset · Sic patz quo per salomonem intelligit xps · Iste salomon .i. xp̄us edificauit templum .i. sanctam ecclesiam · ⁊ feat in ea duas colūnas per quas signant isti duo apostoli · s · petr⁹ ⁊ paul⁹ vnam vocabat iachim · i · firmam ⁊ signat petrū qui firm⁹ fuit in fide sicut dñs testat Mat · xvi · Cum interrogasset dñs de discipulis suis Quem me esse dicatis Respondit petr⁹ · Tu es xps filius dei viui · Respōdit ei ihesus · Et ego dico tibi · Tu es petr⁹ · i · firm⁹ in fide · ⁊ sup hāc petrā edificabo eccīam meā

Hanc columnā .s. petr̄ statuit a dex
tris in introitū templi. Per dexterā
significaē ppl's iudaic9 ad quē cōuer
tendū missus ē petr9. Secūda colūna
vocata ēst baim. i. fortis vel robusta
et signat pauluz qui fortis fuit ad su
stinēdum aduersa Vnde ait. Omnia
possum in eo qui me cofortat. i. in xpō.
ih̄u. Cor. xij. Placeo mihi in infirmita
tib9 meis. in cōtumelijs. in necessitati
bus. in persecutionib9. et in āgustijs
Cum enī infirmor. tūc fortior et poten
tior sum ego Istam columnā statuit
in tēplo ad similitrā. Per similitrā signi
caē populus gentilis ad quem cōuer
tendū missus est paul9. Sciendum āt
q̄ iste columne fuerūt sublimes gra
ciles recte et fortes. Sublimes p cele
stium et diuinorum cōtemplationez
Quia licet i terris fuerūt corpaliter
tamē erant mentaliter in celis. Vñ
paulus ad Phil'. iij. Nostra cōuersa
tio in celis est. Vnde legit̄ de beato
petro q̄ sempr̄ cogitabat melliflua
xp̄i presentiam et lacrimas continere
nō poterat. Jō sudarium semp ferebat quo fluētes lacrimas tergēt: ita
q̄ facies ei9 ex fletu lacrimar̄ q̄si ex
usta videbaē Sic fideles xp̄i debēt cō
templari celestia et ex hoc puenīūt la
crime deuotionis. Aug9. Quāto q̄s
sanctior et desideri9 sanctis plenior.
tāto eius in orādo flet9 vberior. Im
patiēs ē enī amor q̄ nec lacrimis mo
tus sit nisi amore dēē qđ amaē. Psal.
Fuerūt mihi lacrime mee panes die
ac nocte: dū dicī mihi quotidie vbi
est deus tuus Aug9. Idcirco ego plo
raui et oculi mei deducūt aquā q̄ lon
ge fact9 est a me desolator me9. et fle
tus ille sepe mereē desolationē. ij. Re.
xij. Transacto luctu misit dauid et in
troduxit bersabeam in domū suam
et facta est ei vxor. i. anima fit sponsa
xp̄i ex tali luctu et fletu. Vñ Hugo i
persona aīe contemplatiue Dic mihi
quid est hoc dulce qđ in dei recorda
tione me aliquando tangere solet et
tam vehemēter et suauiē afficere et iā
toto aīo a meipō alienari mapio et
nescio quo abstrahor. subito enī mi
hi bn̄ esse incipit. vltra q̄ dicē suffi
cam exhilarat̄ discia. obliuiscor oīm p
teritor dolorum miseriā. exultat am
m9. clarescit intellect9. cor illumina
tur. desideria iocūdanē. Jāq̄ nescio
vbi me esse video. et amplexib9 amo
ris int9 teneo. et nescio quid illud sit
et tn̄ illud semp retinē et nunq̄ pdē.
toto aīo laboro. Nunq̄d ē illud dilec
tus me9? Hugo respōdit. Vere ille
est dilcūs tu9 qui visitauit te. vēit et
tāgit te. nō vt videaē a te. venit nō
vt desiderium tuū īpleat. ē vt gustā
dum se pbeat et affectū post se attra
hat. Talē ctēplationē sepe sentiebat
btūs petr9 et paulus: Similiter sublī
mis fuit in dei cōtemplatione Quod
patet ex hoc q̄ tam sepe nomē domi
ni nostri ih̄u xp̄i pferebat qđ cordi
eius semp inerat. Nam ex abūdantia
cordis os loquit̄. Legit̄ enī in episto
lis suis hoc nomē Jhesus xp̄s quingē
tis vicib9 nominasse. Crisō. Dic mos
amantium est vt amatores suos silē
tio tegere nequeāt. sed necessitas suis
et caris offerūt: et flāmas suas iuxta
pectus suū cohibē nō pnt. Sic btūs
paul9 nomen xp̄i qđ semper in corde
portabat cōtinere silentio nō potuit:
sed crebro efferebat. Et cum caput
a corpe essz hoc benedictū nomē ihe
sus xp̄s qđ tā crebro invita sua noia
uerat trib9 vicib9 pferebat. Sic pz
quo iste columne sublimes fuerūt p
contemplationem diuinam Fuerunt
etiam sublimes: ex eo q̄ btūs petr9
transfiguratiom interfuit et quandā
lucem diuine claritatis vidit et intā
tū delectat9 fuit q̄ semp ibi manē d̄
siderabat dicēs Dñe bonū ē nos h̄ eē
et si vis faciam9 h̄ tria tabnacula tibi

vnum · moysi vnum · ⁊ helie vnum · Et paulus etiam sublimꝰ fuit qꝝ raptus fuit ī tertiū cēlū · vbi vidit ácha na dei que nō licēt hominī loqui · In qua visione ī tantum delectatꝰ fuit qꝫ ignorabat vtrum in spū vel in corpore factū fuerat · Vñ ait · Siue ī cōrpore siue extra corpꝰ nescio deꝰ scit · Tertio iste columne fuerūt gr̃acules per pauptatē · Vñ ait petrꝰ ad ihesū Ecce reliquimꝰ omnia ⁊ secuti sumꝰ te · quid ergo erit nob̄ Respōdit ihesus · Amen amē dico vobis qꝫ vos q̄ reliquistis omnia ⁊ secuti estis me ī regn̄atione cum sederit ⁊ c̄ · Isti ēgo omnia q̄ habuerūt reliquerūt ⁊ dominū ī pauptate secuti sūt · Vñ paulus ait · Omnia arbitratꝰ sum vt sterc̄ora vt xp̄m lucrifaciam · Beatꝰ petrus legit̄ vxorem habuisse qnā reliquit ꝓpter xp̄m · Quem cum ad passionem duceret̄ clamauit · O cōiunx memēto domini dei tui · Adeo paupfuit qꝫ tantum vnam tunicā cū vno pallio habuit · Similiter paulꝰ pauper et nudꝰ fuit · Ita ⁊ nos eorū exēplo libent̄ debemꝰ esse pauperes in mundo · vt diuites sumꝰ in cēlo · Mat · v · Beati pauperes spū · qm̄ ipsoꝝ est regnum cēloꝝ · Math · xix · dixit ihesus adolescēti · Si vis pfectꝰ esse vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis thesauꝝ in cēloꝫ veni seq̄re me · Tertio colūne iste fuerūt recte p regulas iusticie · nec ad dextrā nec ad sinistrā declinātes · Nō em̄ poterāt flecti · neq; p minas · neq; p dona a iusticia · sicut q̄dā iudices moderni · De quibus dr̄. ī. Ezech · viij · Accepērūt munera ⁊ puerterūt iudicia · Eccl · xx · Exenia ⁊ dona excecāt oculos iudicū · Contra quos dicit Psal · Recte iudicate filij hoim · Itē recti fuerūt in dilectione dei · ita qꝫ nulla tribulatio · nulla aduersitas poteāt eos separe a caritate dei · Cāti · ī · Recti diligūt te Vñ paulꝰ ad Ro · viij · Quis nos separabit a caritate dei · Tribulatio an̄ āgustia an gladiꝰ · q · d · neq; ista pūt nos separare a caritate dei · Quarto iste colūne fuerūt fortes · ⁊ hoc ī tormentoꝝ ꝓpssiōe · Nā fortitudo ſm Tuliū · Est deliberata piaꝝ susceptio ⁊ laboꝝ ꝓpssio · Nactobiꝰ Fortitudinis ē nulla turpia metuē · ꝑ spera ⁊ aduersa eque tolerare Hoc modo fortes fuerūt isti duo sci apli ī sua passione · De quibꝰ scribit Dionisiꝰ ad thimotheum · qꝫ ipse viderat eoꝝ passionem dicēs O frater thimothee si vidisses agonis cōsumationem defecisses quidē pre tristicia ⁊ dolore Quis nō fleret ī illa hora quādo p̄ceptum sentētie est egressum in eos vt petrꝰ crucifigerēt̄ · ⁊ paulꝰ decolla rēt̄ · Vidisses tūc turbam gentiliū ⁊ iudeoꝝ percutiētes eos ⁊ expuentes in facies eoꝝ Aduenīēte autem terribili tempore consūmationis cum separarent̄ ab inuicem · ligauerūt eos ad columnas nudos · nō vtiq; absq; fratꝝ gēmitu ⁊ ploratu · Tūc inquit paulꝰ petro · Pax tecū fundamētum ecclesiaꝝ · pastor ouiū ⁊ agnoꝝ · Pe trus ad paulū · Vade ī pacē p̄dicator doctoꝝ · mediator ⁊ lux salutis iustorum · Cum autem elōgassent eos ab inuicem secutꝰ sum magistꝝ meum paulum · Non em̄ in eodem vico occiderūt eos · Nec dyonisiꝰ · Nūo autē passi sunt · Hec̄re in sermonibus p̄cedentib̄ · Hogemꝰ

De visitatiōe Marie Ser · xlv ·

Benedicta tu in mulieribꝰ ⁊ bñdict̄ fr̄uꝰ vētris tui · Luc · j · Ista v̄ba dixit sācta elisabeth vxor zacharie ⁊ mā sci Johis baptiste ad btissimā v̄ginē mariā cognatā suam qñ · ī · btā maria eā visitauit cuiꝰ festum visitatiōis hodie cēlebramꝰ · In quibꝰ v̄erbis tria nobis p̄notanē · Prio q̄re btissima v̄go

Desiderabat hoc videre rosario cōstat

maria beatam elizabeth visitauit. Secūdo eternal' institutio benedicti oms ⁊ electioms marie. Tertio ꝑcipuissima vtilitas fructꝰ marie q̄ appellat ihesus xp̄s. Circa primū cōsiderandum ē. q̄re btissima virgo maria elisabeth visitauit cognatā suam. Nā hoc ideo factū ē vt iohānes baptista sanctificaret in vtero matris sue Et ideo hoc festū dicit visitatio marie. cuius institutio seu origo sic dicit eue misse. vt dr btūs lucas. Legit em̄ q̄ beatissima vgo maria a iuuētute sua semp fuit in tēplo ⁊ i seruitio dei. ⁊ audiuit multotiēs dica q̄ vna vgo esset nata q̄ debēt portare celoꝝ regez et dn̄m. Et ipsa assidue ⁊ diligenter desiderabat a dño q̄ posset famulari illi vgini. Et tūc breuit missus ē āgelus gabriel a deo in ciuitatez galilee cui nomē nazareth ad vginē despontatā viro. cui nomē erat ioseph de domo dauid ⁊ nomē vginis maria. ⁊ annunciauit ei q̄ ipsa esset q̄ debēt portare regē celoꝝ ⁊ dn̄m Et ingressus angelꝰ ad eā salutādo ait. Aue grā plena do. ⁊ c̄. vt in euāgelio. Et statim cōcepit verbo filium dei: vez deū et hoiem in anima ⁊ in carne ad salutem populorum Tunc imediate post conceptionem exurgens maria abiit in montana cū festinatiōe ⁊ c̄. ⁊ intrauit domū zacharie. Ecce quo hūiliet iuit superior ad minorem. dña ad famulam regina celi ⁊ terre ad ancillā et sic laudādo laudibꝰ salutauit eli sabeth. ⁊ factū est ⁊ c̄. vt in euangelio. Hec fuit causa institutioms hꝰ festi. Circa secūdum nota q̄ ex multis causis ista speciosissima vgo Maria ab eterno nūcupata est bn̄dicta. Primo ꝓpter eiꝰ nimā humilitatē effecta ē mater eterni regis ⁊ sublimata in celo ⁊ in tra. Nam ipsa dicit se bn̄dictā ꝓpt eius humilitatē Luce. i. Quia respexit hūilitatē ancille sue. ecce em̄ ex hoc btām me dicent ⁊ c̄. Ipsa em̄ ex nimia hūilitate nō dedignat seruire omnibꝰ pctōribꝰ qui deberēt eā diligent adorare ⁊ eide deuote seruire vt ipsa ꝑ eis inducerat ad filium eius dn̄m nostrū ihesum xp̄m Ista em̄ virgo seruit pctōribꝰ triplicit. Prio q̄ ipsa mutat sentētiam iudicis ⁊ reum in venā cōuertit ⁊ adducit. Istō figuratum est. i. Re. xxv. vbi dr q̄ cū nabal offendisset dauid regem in eo q̄ nūcios eius cōtempsisset: vxor eiꝰ Abigail cecidit ante pedes dauid regis mutans sententiam regis ⁊ venam nabal a viro suo impetrauit. Per nabal intelligitur peccator qui offendit deū in eo q̄ nūcios suos contempsit ꝑ inobedientiā mandatoꝝ ecclesiasticoꝝ mortaliter peccādo. quē dns de sua strēnua iustica adiudicat dānatiōi ꝑpetue. Nō cernēs abigail. i. btissima vgo maria ex nimia hūilitate ꝓcidit ad pedes xp̄i ⁊ p̄is ī diuinitate sicq̄ sentētiā reuocat ⁊ peccatorē deo reconciliat ac venīam impetrat. De quo sibi nunq̄ plenarie possum⁹ regratiari. Scdo seruit ista virgo bn̄dicta pctōribꝰ in hoc q̄ frequēter eis parat auditū ⁊ accessum ad filiū suū dn̄m nostrū ihesuz xp̄m. Certe magnū esset refugium si hō hīet cum magno principe terreno causā. ⁊ haberet tūc noticiam alicuiꝰ curiales seu familiaris illius principis q̄ eū ducēt ante dn̄m ⁊ dño suo ꝓpituz intimaret. magis si consanguineū illiꝰ habēt amicū. maximū si fratrē vel filiū. Sz hic nō habes tm̄ amicū familiarez regis neq̄ cōsanguineū neq̄ fratrē ā filiū dn̄ terrestris. seo habes tuā sororē beatissimā virginē mariā ⁊ matrē regis eterni q̄ ꝓparat tibi auditū añ aspectū dn̄ nostri ihu xp̄i filij eiꝰ bn̄dicti. Et sic secure potes ad eū venire: ⁊ tuū affectū ꝑ deuotā oronē intimare. Ipsa nāq̄ soror nostra est ⁊

